This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

LP
26
479

S/ 26.479

Harvard College Library

THE GIFT OF

SAMUEL ABBOTT GREEN, M.D.,

OF BOSTON.

(Class of 1851.)

14 Nov. 1888.

TITI MACCI PLAUTI

TRINUMMUS.

LONDON:
[illegible]

TITI MACCI PLAUTI

TRINUMMUS

TEXTU RITSCHELIANO SCHOLARUM USIBUS
ACCOMMODATO ET BREVIBUS
NOTULIS INSTRUCTO

LONDINI
APUD J. G. PARKER ET FILIUM
M DCCC LIII

NOTA EDITORIS.

Præter Ritschelianam quam facile omnium principem ess volunt omnes, hæ quoque Editiones ad manum erant : sc.

C. H. Weisii. *Lipsiæ*, 1838.
Lindemanni. *Ibid.* 1844.
Fleckeiseni. *Ibid.* 1850.

ARGUMENTUM.

Charmides, olim dives, quum rem suam atteri seque ad incitas redactum vidisset, ut eam mercatura resar-, peregre abierat. Filius ejus Lesbonicus, homo lusu itus, relictus a patre, quæ pauca ex paternis opibus ua erant, omnia absumit, adeo ut ipsas ædes paternas ique venales inscriberet. Commendarat autem Char-les proficiscens et rem suam et liberos amico Callicli, cui em thesaurum trium millium Philippeorum domi ad erta fortunæ defossum indicaverat.

Jam Callicles, ne cum ædibus etiam aurum illud per-t, ædes illas vili pretio præmercatur; quam rem cives, ignari, vitio ei vertunt turpissimæque eum avaritiæ in-sant, qui tutor Lesbonici relictus a patre ex invenis vuria suas augeret divitias.

Quo nomine etiam a Megaronide amico vehementer vi-peratur; sed re explicata facile se defendit; a quo loco bulæ in scena actio initium capit.

Idem ille Charmides qui ad mercatum faciendum per-re abierat, filiam habebat nubilem. Ejus amore captus ives quidam et probissimus juvenis, cui nomen Lysiteli, er patrem Philtonem in matrimonium eam deposcit.

Frater Lesbonicus, quamvis condicionem non sperneret, egavit tamen, sororem indotatam elocaturum se; timere nim civium rumusculos sororem non in matrimonium sed n concubinatum datam haud dubie dicturos.

Propterea sororem hac lege despondet ut Lysiteles prædiolum suburbanum, quod solum præter vitam adolescenti erat reliquum, in dotem acciperet. Lysiteles recusat. Interim Callicles auctore et suasore Megaronide, ut ex illo thesauro dotem desumeret amici filiæ, thesaurum autem ip-

sum non indicaret, sycophantam subornavit, qui simula litteras a Charmide e Seleucia atque una mille Philipp orum virginis si quando nuptum collocetur dotem se afferre. Illud vero auro Callicles primum mutuum sum turus ac dein e thesauro clam deprompturus erat. Atq sic quidem res transigi cœpta. Sed quum sycophanta a Callicle subornatus quasi litteras e Seleucia perlatur venit, accidit ut hoc ipso tempore Charmides redux a ædes suas appareat. Ubi postquam uterque se invice varie delusit, tandem Charmide ipso de se indicium facie sycophanta re infecta abiit. Charmides vero a servo edoct filium vendidisse ædes emtas a Callicle, animum prop modum despondet, deceptum se turpiter ab amico, existimat Sed paullo post re uti erat narrata omnibusque explora fidem amici collaudat, filiam Lysiteli cum dote mille aur orum uxorem dat, filio ignoscit eumque ad frugem red turum policitum Calliclis filiam uxorem ducere jubet.

ARGUMENTUM.

Thesaurum clam abstrusum ábiens peregre Chármides
Remque ómnem amico Cállicli mandát suo.
Istóc absente mále rem perdit fílius.
Nam et aédis vendit: hás mercatur Cállicles.
Virgo índotata sóror istius póscitur.
Minus quó cum invidia dét ei dotem Cállicles,
Mandát, qui dicat aúrum ferre se á patre.
Ut vénit ad ædis, húnc deludit Chármides
Senéx, ut rediit: quóius nubunt líberi.

6. *minus quo* pro, *quo minus*.

PERSONÆ

LUXURIA cum INOPIA *Prologus.*

MEGARONIDES *Senex.*

CALLICLES *Senex.*

LYSITELES *Adulescens.*

PHILTO *Senex.*

LESBONICUS *Adulescens.*

STASIMUS *Servus.*

CHARMIDES *Senex.*

SYCOPHANTA.

CANTOR.

TITI MACCI PLAUTI

TRINUMMUS.

PROLOGUS.

LUXURIA. INÓPIA.

Lu. SEQUERE hác me, gnata, ut múnus fungarís tuum.
In. Sequór: set finem fóre quem dicam néscio.
Lu. Adest, én, illæ sunt aédes: i intro núnc iam.
Nunc, né quis erret vóstrum, paucis in viam
Dedúcam, si quidem óperam dare promíttitis.
Nunc ígitur primum quaé ego sim, et quæ illaéc siet
Huc quæ ábiit intro, dícam si animum advórtitis.
Primúm mihi Plautus nómen Luxuriæ índidit:
Tum illánc mihi esse gnátam voluit 'Inopiam.
Set éa quid huc introíerit inpulsú meo,
Accípite, et date vacívas auris dum éloquor.
Aduléscens quidamst, quí in hisce habitat aédibus:
Is rém paternam me ádjutrice pérdidit.
Quoniam ěi, qui me aleret, níl video esse rélicui,
Dedi ěi meam gnatam, quícum una ætatem éxigat.
Set de árgumento ne éxpectetis fábulæ:

15. *quicum* e. g. *quácum.*

Senés, qui huc venient, í rem vobis áperient.
Huic graéce nomen ést Thesauro fábulæ:
Philémo scripsit: Plaútus vertit bárbare,
Nomén Trinummo fécit: nunc vos hóc rogat
Ut líceat possidére hanc nomen fábulam.
Tantúmst: valete: adéste cum siléntio.

ACTUS I.

Megaronides.

Me. Amícum castigáre ob meritam nóxiam
Inmoénest facinus, vérum in ætate útile
Et cónducibile! nám ego amicum hodié meum
Concástigabo pró commerita nóxia:
Invítus, ni id me invítet ut faciám fides.
Nam hic nímium morbus móres invasít bonos:
Ita plérique omnes jám sunt intermórtui.
Set dumílli ægrotant, ínterim morés mali
Quasi hérba inrigua súccrevere ubérrume:
Neque quícquam hic vile núnc est nisi morés mali.
Eorúm licet jam métere messem máxumam:
Nimióque hic pluris paúciorum gratiám,
Faciúnt pars hominum, quam íd quo prosint plúribus.
Ita víncunt illut cónducibile grátiæ.
Quæ in rébus multis óbstant odiosaéque sunt
Remorámque faciunt rĕi privatæ et públicæ.

Callicles. Megaronides.

Cal. Larém corona nóstrum decorari volo:
Uxór, venerare, ut nóbis hæc habitátio

2. *immæne facinus*, pro quo alii *immune* est idem, quod nos dicimus '*a thankless task*.'

Bona faústa felix fórtunataque évenat—
Neque út, quam primum póssim, videam emórtuam.
Hic ille ést, senecta ætáte qui factúst puer,
Qui admísit in se cúlpam castigábilem.
Adgrédiar hominem.
Quóia hic prope me vóx sonat? 45
Tui bénevolentis, sí ita's ut ego té volo:
Sin áliter es, inimíci atque iratí tibi.
O amíce, salve: [atque æqualis; ut vales,
Megaronides?]
Et tu édepol salve, Cállicles.
Valén? valuistin?
Váleo et valui réctius. 50
Quid túa agit uxor? út valet?
Plus quam égo volo.
Bene hérclest, illam tíbi valere et vívere.
Credo hércle te gaudére, si quid míhi malist.
Omníbus amicis, quód mihist, cupio ésse item.
Eho tú, tua uxor quíd agit?
Immortális est: 55
Vivit victuraquést.
Bene hercle núntias,
Deosque óro ut vitæ tŭæ superstes súppetat.
Dum quidem hércle tecum núpta sit, sané velim.
Vin cómmutemus? túam ego ducam et tú meam?
Faxo haút tantillum déderis verborúm mihi. 60
Nempe ĕnim tu, credo, me ínprudentem obrépseris.
Ne tu hércle faxo haut néscias quam rem égeris.

44. *admittere in se culpam*, dicitur pro *peccare* simpliciter.

48. Glossemata sunt verba *atque æqualis: ut vales Megaronides.* R.

60. *dare verba*, i. q. decipere.

61. *imprudentem obrepseris*, i. q. mendaciis me circumveneris.

Me. Habeás ut nanctu's: nóta mala res óptumast.
Nam ego núnc si ignotam cápiam, quid
nésciam.
Cal. Edepól proinde ut diu vívitur, bene vívitur.
Me. Set hoc ánimum advorte atque aúfer ridiculári
Nam ego dédita opera huc ád te venio.
Cal. Quid ve
Me. Malís te ut verbis múltis multum objúrgitem.
Cal. Men?
Me. Númquis est hic álius præter me átque
Cal. Nemóst.
Me. Quid tu igitur rógitas, tene objúrgitem?
Nisi tú me mihimet cénses dicturúm male.
Nam si ín te ægrotant ártes antiquaé tuæ,
Aut si demutant móres ingeniúm tuum,
[Neque eos antiquos servas, ast captas novos,]
Omníbus amicis mórbum tu incutiés gravem,
Ut té videre audíreque ægrotí sient.
Cal. Qui in méntem venit tíbi istæc dicta dícere?
Me. Quia omnís bonos bonásque adcurare áddecet,
Suspícionem et cúlpam ut ab se ségregent.
Cal. Non pótest utrumque fíeri.
Me. Quaproptér?
Cal. Rogas? 8
Ne admittam culpam, ego mĕo sum promus péctori
Suspíciost in péctore alienó sita.
Nam núnc ego si te súrrupuisse súspicer
Jovi coronam dé capite ex Capitólio,

72. Post hunc versum qui vulgo sequitur:
Sive immutare vis ingenium moribus,
additamentum est in Ambrosiano codice palimpsesto omissum. Non magis Plautinus v. 74, quanquam in eundem librum jam receptus. R.

84. Proverbiale de iis qui summum facinus audent. Cf. *Menæchm.* v. 5. 28. L.

ui in cólumine astat súmmo: si id non féceris,
tque íd tamen mihi lúbeat suspicárier:
ui tu íd prohibere mé potes ne súspicer?
et istúc negoti cúpio scire quíd siet.
labén tu amicum aut fámiliarem quémpiam,
uoi péctus sapiat?
Edepol haut dicám dolo.
unt quós scio amicos ésse: sunt quos súspicor,
et quórum ingenia atque ánimos nequeo nóscere:
[Ad amici partem an ad inimici perveniant:]
et tu éx amicis cértis mi's certíssumus.
Si quíd scis me fecísse inscite aut ímprobe,
Si id nón me accusas, túte objurgandú's.
Scio,
Et si ália huc causa ad te ádveni, æquum póstulas.
Expécto si quid dícas.
Primumdum ómnium,
Male díctitatur tíbi volgo in sermónibus.
Turpilucricupidum té vocant cívés tui;
Tum autém sunt alii, quí te volturiúm vocant:
Hostísne an civis cómedis, parvi péndere.
Hæc quom aúdio in te díci, discrucióor miser.
Est átque non est mi ín manu, Megarónides:
Quin dícant, non est, mérito ut ne dicánt, id est.
Fuitne híc tibi amicus Chármides?
Est ét fuit.
Id ita ésse ut credas, rém tibi auctorém dabo.
Nam póstquam hic ejus rém confregit fílius,
Vidétque ipse ad paupériem protractum ésse se,
Suámque filiam ésse adultam vírginem,
Simul éjus matrem sûamque uxorem mórtuam:

93. Versum non a Plauto profectum esse putat Ritschelius.
102. *comedis*, i. q. comedas.
107. *rem auctorem dabo*, i. e. re ipsa probabo et confirmabo.

Quoniam hínc iturust ípsus in Seleúciam,
Mihi cómmendavit vírginem gnatám suam
Et rém suam omnem et illúm corruptum fílium.
Hæc, sí mi inimicus ésset, credo haut créderet.
Me. Quid tu ádulescentem, quém esse corruptúm vide
Qui tuæ mandatus ést fide et fidúciæ,
Quin eum restituis? quin ad frugem cónrigis?
Ei rei óperam dare te fúerat aliquanto aéquius,
Si quí probiorem fácere posses, nón uti
In eándem tute accéderes infámiam.
Malúmque ut ejus cúm tuo miscerés malo.
Cal. Quid féci?
Me. Quod homo néquam.
Cal. Non istúc meumst.
Me. Emístin de adulescénte has ædis? quíd taces?
Ubi núnc tute habitas.
Cal. Emi atque argentúm dedi,
Minás quadraginta, ádulescenti ipsi ín manum.
Me. Dedísti argentum?
Cal. Fáctum, neque factí piget.
Me. Edepól fide adulescéntem mandatúm malæ.
Dedístine hoc ei gládium, qui se occíderet?
Quid séctiust [nam, te óbsecro,] dare te ín manus
Argéntum amanti homini ádulescenti, animi ím-
poti,
Qui exaédificaret suam ínchoatam ignáviam?
Cal. Non égo illi argentum rédderem?
Me. Non rédderes,

117. *fide* dat. pro *fidei*.
129. *dedistine* pro, nonne dedisti?
130. *sectiust* antique pro *secius est*. In vulgata hujus versus scriptura:

Quid secus est aut quid interest, dare te in manum

e glossemate sunt *aut quid interest* verba. R.

eque de íllo quicquam néque emeres neque vénderes,
ec, quí deterior ésset, faceres cópiam.
ncónciliastin' ĕum, qui mandatúst tibi?
lle quí mandavit, eum éxturbasti ex aédibus?
depól mandatum púlchre et curatúm probe.
rede huíc tutelam: suam rem melius gésseret.
ubigis maledictis mé tuis, Megarónides,
Novó modo adeo ut, quód meæ concréditumst
Tacitúrnitati clam, fide et fidúciæ,
Ne enúntiarem quoíquam neu facerém palam,
Ut míhi necesse sít jam id tibi concrédere.
Mihi quód credideris, súmes ubi posíveris.
Circúmspicedum te, né quis adsit árbiter
Nobís, et quæso idéntidem circúmspice.
. Auscúlto si quid dícas.
. Si taceás, loquar.
Quoniám profectus hínc est peregre Chármides,
Thesaúrum demonstrávit mihi in hisce aédibus,
Hic in conclavi quódam; set circúmspice.
. Nemóst.
. Nummorum Phílippeum ad tria mília.
Id sólus solum pér amicitiam et pér fidem
Flens me óbsecravit suo ne gnato créderem,
Neu quoíquam, unde ad eum id pósset permanáscere.
Nunc si ílle huc salvus révenit, reddam suum sibi:
Si quíd eo fuerit, cérte illius fíliæ,
Quæ míhi mandatast, hábeo dotem olim únde dem,

136. *inconciliastin' eum* i. q. nonne incommodâsti ei; onne abalienâsti eum?

145. Cf. *Miles Glor.* v. 233.

149. *quoniam*, i. q. quum jam, post quam. Cf. *Aulul. Proeg.* v. 9.

157. *si quid eo fuerit*, i. e. si quid ei acciderit.

Ut eam ín se dignam cóndicionem cónlocem.
Me. Pro di ímmortales, vérbis paucis quám cito
Aliúm fecisti me: álius ad te véneram.
Set ut óccepisti, pérge porro próloqui.
Cal. Quid tíbi ego dicam? qui íllius sapiéntiam
Et meam fidelitátem et celata ómnia
Pæne ílle ignavus fúnditus pessúmdedit.
Me. Quidúm?
Cal. Quia, ruri dúm sum ego unos séx dies,
Me absénte atque insciénte, inconsultú meo,
Ædís venalis hásce inscribit lítteris.
Me. Adésurivit ét inhiavit ácrius
Lupus: óbservavit, dúm dormitarét canes:
Gregem únivorsum vóluit totum avórtere
Cal. Fecísset edepol, ni haéc præsensissét canes.
Set núnc rogare hoc égo vicissim té volo:
Quid fúit officium méum me facere, fác sciam.
Utrum índicare me ěi thensaurum æquóm fuit,
Advórsum quam ejus me óbsecravissét pater?
An ego álium dominum páterer fieri his aédibus!
Qui emísset, ejus éssetne ea pecúnia?
Emi égomet potius aédis: argentúm dedi
Thensaúri causa, ut sálvom amico tráderem.
Neque ádeo hasce emi míhi neque usuraé meæ:
Illí redemi rúsum, a me argentúm dedi.
Hæc, sive recte seú pervorse fácta sunt,
Ego mé fecisse cónfiteor, Megarónides.

159. *conditionem*, Anglice, *match*.

168. *inscribere ædes venales*, est quod nos dicimus '*to advertise a house for sale*.' Alias *proscribere* dicunt, ut Cic. *de Off.* iii. 16. § 66; *Ep. ad Attic.* iv. 2; Terent. *Heaut.* I. i. 92.

176. *adversum quam*, ut *contra quam* ap. Liv. xxx. 10, 4. Lindem. habet *adversum quod*.

182. *rusum* antique pro *rursum*. R.

n mea malefacta, meam én avaritiám tibi.
ascíne propter res míhi malas famás ferunt?
ausá : vicisti cástigatorém tuum.
)cclúsi linguam: níhil est quod respóndeam.
Junc égo te quæso, ut me ópera et consilió juves,
Commúnicesque hanc mécum meam provínciam.
Pollíceor operam.
Ergo úbi eris paulo póst?
Domi.
Numquíd vis?
Cures tuam fidem.
Fit sédulo.
Se quíd ais?
Quid vis?
Ubi nunc adulescéns habet?
Postículum hoc recépit, quom ædis véndidit.
Istúc volebam scíre: i sane núnc iam.
Set quíd ais, quid nunc vírgo? nempe aput tést?
I. Itast,
Juxtáque eam curo cúm mea.
Re. Recté facis.
Ut. Numquíd, priusquam abeo, mé rogaturú's?
Re. Vale.
Níhil ést profecto stúltius neque stólidius,
Mendáciloquius níl neque adeo argútius,

190. *communices*, i. e. ut communem suscipias.

192. *cures tuam fidem*. Angl. '*have a regard for your character*.'

193. *habet* pro *habitat*. Angl. '*keeps*.'

194. *posticulum hoc recepit*; i. e. parvulam partem aversæ vel posticæ domus, quum totam vendiderit, excepit et sibi retinuit. (Angl. *reserved for his own use*.) Cf. Cic. *de Orat.* ii. 55.

197. *juxta cum*, i. q. æque cum.

Neque cónfidentilóquius neque perjúrius,
Quam urbáni adsidui cíves, quos scurrás vocant.
Atque égomet me adeo cúm illis una ibidém tr
Qui illórum verbis fálsis acceptór fui,
Qui omnía se simulant scíre neque quicquám sci
Quod quísque in animo aut hábet aut habitur
sciunt:
Sciúnt, quid in aurem rex reginæ díxerit:
Sciúnt, quod Juno fábulatast cúm Jove:
Quæ néque sunt neque futúra sunt, illí sciunt.
Falsón' an vero laúdent, culpent quém velint,
Non flócci faciunt, dúm illut, quod lubeát, sciant.
Omnés mortales húnc aiebant Cálliclem
Indígnum civitáte ac sesé vívere,
Bonís qui hunc adulescéntem evortissét suis.
Ego de ĕorum verbis fámigeratorum ínsciens
Prosílui amicum cástigatum innóxium.
Quodsi éxquiratur úsque ab stirpe auctóritas,
Undé quid auditum dícant: nisi id appáreat,
Famígeratori rés sit cum damno ét malo:
Hoc íta si fiat, públice fiát bono.
Paucí sint faxim, quí sciant quod nésciunt,
Occlúsioremque hábeant stultiloquéntiam.

ACTUS II.

Lysiteles.

Multás res simítu in meó corde vérso,
Multum ín cogitándo dolórem indipíscor.
Egomét me coquo ét macero ét defetígo:

208. Cf. Theocr. Ἀδωνιάζ. v. 64:
Πάντα γυναῖκες ἴσαντι καὶ ὡς Ζεὺς ἀγάγθ' Ἥραν.
213. *civitate* pro *jure civitatis.*
223. *simitu*, i. q. *simul.*

Magíster mihi éxercitór animus núnc est.
Set hóc non liquét nec satís cogitátumst,
Utrám potius hárum mihi ártem expetéssam,
Utram aétati agúndæ arbitrér firmiórem:
Amórin me an réi opsequí potius par sit:
Utra ín parte plús sit volúptatis vítæ.
[Ad ætatem agundam.]
Hac ré mihi satis haú liquet: nisi hóc sic faciam, opínor,
utrámque rem simul éxputem, judéx sim reusque
ad eam rem.
Ita fáciam: ita placét.
mnium primum amóris arteis, quemádmodum expediant, éloquar.
úmquam amor quemquám nisi cupidum póstulat se
hominem ín plagas
ónicere: eos petit, eos sectatur, súbdole ab re cónsulit:
Blandíloquentulúst, harpagó, mendax, cúppes,
Despóliator, látebricolarum hóminum corrúptor,
Celátum indagátor.
Nám quí amat, quod amát, quom extemplo ejus sáviis
percúlsus est,
'Ilico rés foras lábitur, líquitur.
'Dá mihi hoc, mél meum, sí me amas, si aúdes.'
'Atque ibi ille cucúlus: 'o océlle mi, fíat:
'Et istuc, et si ámplius vís dari, dábitur.'
'Ibi illa pendentém ferit.
Jam ámplius orat: nón satis
'Id malist, ni etiam ámpliust,
Quód bibit, quód comest, quód facit súmpti.

230. *rei obsequi*, i. q. rei familiari operam dare; ut ap. Horat. *Sat.* ii. § 8.

233. *hau* antique pro *haut*.

239. *cuppes* est, qui cupedia amat.

241. *celatum*, pro celatorum. Potest etiam esse accusativ. sing. post verbale *indagator*.

250. *sumpti*, i. q. sumptûs.

Nóx datur: dúcitur fámilia ei tóta,
Véstiplica, unctor, aúri custos, flábelliferæ, sándaligeræ
Cántrices, cistéllatrices, núntii, renúntii,
Raptóres panis ét peni.
Fit ípse, dum illis cómis est,
Inóps amator; haéc ego
Quom agó cum meo ánimo, et quom récolo, ubi
egét,
Pretí quam sit párvi: apage amór, non placés:
Nil te útor; quanquámst illut dúlce, esse et bíbe
Amór amari dát tamen satís, quod sit aégre:
Fugít forum, fugát tuos cognátos, fugát te
Ipsum á tuo contútu.
[Neque eum sibi amicum volunt dici.]
Mílle modis amor ígnorandust, prócul abdendust, ápst
néndust.
Nám qui in amorem praécipitavit, péjus perit quasi
sáxo saliat.
'Apage te sis, amor: tuas res tibí habéto.
'Amor, amicús mihi né fuas úmquam:
Súnt tamen, quós miseros mísere maleque hábeas,
Quós tibi obnóxios fácile fecísti.
Cérta res ést ad frugem ádplicare ánimum:
Quánquam ibi grándis animó labos cápitur:
Boni sibi hæc éxpetunt, rém, fidem et honórem,
Glóriam et grátiam: hóc probis prétiumst.
Eo mihi mágis lubet cúm probis úna
Pótius quam cum ímprobis vívere vanídicis.

259. *nil te utor.* Formula ablegandi aliquem, cujus opera non indigeas.

265. *quasi*, i. q. *quamsi*. Cf. *Mil. Gl.* ii. § 2.

266. *tuas res tibi habeto:* Verba in divortiis solemnia.

268. *habeas*, i. q. tractes.

PHILTO. LYSITELES.

Quo íllic homo foras se penetrávit ex aédibus?
Pater, ádsum: imperá quidvis, néque ero in morá tibi
Nec látebrose me ábs tuo conspéctu occultábo.
Féceris pár tuis céteris fáctis,
Sí patrem pércoles: tuam per pietátem,
Nólo ego cum ínprobis té viris, gnáte mi,
Neque ín via neque ín foro mihi úllum sermonem éxsequi.
Nóvi ego hoc saéculum, móribus quíbus sit:
Málus bonum málum esse volt, út sit sui símilis;
Túrbant, miscent móres mali, rapáx, avarus, ínvidus;
Sacrúm profanum, púplicum privátum habent, hiúlca gens.
Haéc ego doleo, hæc sunt quæ excruciant, haéc dies noctísque canto
Tíbi uti caveas: quód manu nequeunt tángere, tantum fás habent
Quó manus apstíneant: cetera rápe, trahe,tene, fúge, late.
Lácrumas mi hæc quom vídeo eliciunt,
Quía ego ad hoc genus dúravi hominum: quín prius me ad plurís penetravi?
Nam hí mores majórum laudant, eosdem lutitant quós conlaúdant.
Hís ego de ártibus grátiam fácio,
Né colas, ne ínbuas eis tuum ingénium.
Meo modo et móribus vívito antíquis:
Quæ égo tibi praécipio, ea mémineris fácito.

287. *canto*, sæpius repeto.

291. *ad pluris*, i. e. ad mortuos, ut Gr. ἐς πλεόνων ἱκέσθαι, Ar. *Eccles.* v. 1073.

293. *gratiam facere*, est i. q. remittere, (*to dispense with*). Cf. Sal. *Catil.* lii.; Liv. i. 3; Suet. *Tiber.* 35.

Níhil ego istós facetós moror móres,
Túrbidos, quíbus boni sése dedécorant.
Haéc tibi sí capessés mea impéria,
Multa bona in péctore consília consident.
Ly. Sémper ego usque ad hánc ætatem ab íneunte adolescéntia
Tuis servivi sérvitutem impériis prædictís pater.
Pro íngenio ego me líberum esse rátus sum, pro imperió tuo
Méum animum tibi sérvitutem sérvire æquom cénsui.
Ph. Quí homo cum animo inde áb ineunte ætate depugnát suo,
'Utrum itane esse mávelit, ut eum ánimus æquom cénseat,
'An ita potius, út parentes éum esse et cognatí velint:
Si ánimus hominem pépulit, actumst, ánimo servit, nón sibi;
Sín ipse animum pépulit, vivit, víctor victorúm cluet.
Tú si animum vicísti potius quam ánimus te, 'st, quod gaúdeas.
Nímio satiust, út opust ita ted ésse, quam ut animó lubet.
[Qui ánimum vincunt, quám quos animus, sémper probiorés cluent.]
Ly. 'Istæc mihi ego sémper habui ætáti integumentúm meæ,
Né penetrarem me úsquam, ubi esset dámni conciliábulum,
Né noctu irem obámbulatum, neú suum adimerem álteri.
Ne aégritudiném, pater, tibi párerem, parsi sédulo:
Sárta tecta túa præcepta usque hábui mea modéstia.

312. Versus e prægressis versibus conflctus. *R.*

317. *sarta tecta habui*, i. q. semper servavi integra inviolata. Nam *sarta tecta* proprie dicuntur, '*buildings kept in proper repair.*'

'**Ex**probras, bene quód fecisti? tíbi fecisti, nón mihi:
Míhi quidem ætas áctast ferme, túa istuc refert máxume.
Bénefacta benefáctis aliis pértegito, ne pérpluant:
'**Is** probust, quem paénitet quam próbus sit et frugí bonæ.
Qui ípsus sibi satís placet, nec próbus est nec frugí bonæ:
Qui ípsus se contémnit, in eost índoles indústriæ.

Ly. 'Ob eam rem hæc, pater, aútumavi, quía res quædamst, quám volo
'Ego me a te exoráre.

Ph. Quid id est? dáre jam veniam géstio.

Ly. 'Adulescenti hinc génere summo, amíco atque æquálí meo,
Mínus qui caute et cógitate suam rem tractavít, pater,
Béne volo illi fácere, nisi tu nón vis.

Ph. Nempe dé tuo?

Ly. Dé meo: nam quód tuumst, meúmst, omne meum autém tuumst.

Ph. Quíd is? egetne?

Ly. Egét.

Ph. Habuitne rem?

Ly. Hábuit.

Ph. Qui eam pérdidit?
Públicisne adfínis fuit an máritumis negótiis?
Mércaturamne án venalis hábuit, ubi rem pérdidit?

Ly. Níhil istorum.

320. Vulgo legitur post v. 322. *R.*

321. *quem pænitet quàm probus sit*, i. e. '*who is dissatisfied with his own goodness.*' Cf. Cic. *de Off.* i. 1; Terent. *Heautont.* 1. i. 20.

324. *autumavi*, i. q. dixi, enunciavi. Mox *volo me exorare* eleganter pro *volo exorare*. Cf. Salust. *Catil.* i.

331. *adfinis*, i. e. implicitus.

332. *venalis habuit*, i. e. mango fuit.

Ph. Quíd igitur ?

Ly. Per cómitatem edepól, pater
Praéterea aliquantum ánimi causa in déliciis dispérdidit.

Ph. 'Edepol hominem praédicatum fírme et familiáriter,
Quí quidem nusquam pér virtutem rém confregit atque eget.
Níl moror eum tíbi esse amicum cum ejusmodi virtútibus.

Ly. Quía sine omni málitiast, toleráre ei egestatém volo.

Ph. Dé mendico male meretur, qui ei dat, quod edit aút bibat:
Nam ét illut, quod dat, pérdit et illi pródit vitam ad míseriam.
Nón eo hæc dico, quín, quæ tu vis, égo velim et faciám lubens:
Sét ego hoc verbum quóm illi quoidam díco, prænostró tibi,
'Ut ita te aliorúm miserescat, né tui alios mísereat.

Ly. Déserere illum et déjuvare in rébus advorsís pudet.

Ph. Pól pudere quám pigere praéstat totidem lítteris.

Ly. Edepol deum virtúte dicam, páter, et majorum ét tua
Múlta bona bene párta habemus: béne si amico féceris,

334. *animi causa*, i. e. ut animo indulgeret.
336. *atque*, i. e. '*and still.*'
337. *nil moror*, i. q. non curo.
338. *tolerare*, i. e. sustinere. Sic Virg. *Æneid. Et tolerare colo vitam.*
340. *prodit*, i. q. protendit, '*prolongs.*'
344. *dejuvare*, i. e. juvare desinere.
345. *totidem praéstat literis:* h. e. literæ in voce *pudere* omnes ac singulæ meliores sunt quam in voce *pigere.*
346. *deúm virtute*, i. e. deum beneficio.

Né pigeat fecísse; ut potius púdeat, si non féceris.
Ph. Dé magnis divítiis si quid démas, plus fit án minus?
Ly. Mínus, pater: set cívi inmuni scín quid cantarí solet?
Quód habes ne habeás, et illuc, quod nón habes, habeás, malum:
Quándoquidem nec tíbi bene esse póte pati neque álteri.
Ph. Scío equidem istuc íta solere fíeri: verum, gnáte mi,
'Is est immunis, quoí nihil est, qui múnus fungatúr suum.
Ly. Deum virtute habémus, et qui nósmet utamúr, pater,
'Et aliis qui cómitati símus benevoléntibus.
Ph. Nón edepol tibi pérnegare possum quidquam quód velis.
Quoí tu egestatém tolerare vís? loquere audactér patri.
Ly. Lésbonico huic ádulescenti, Chármidai fílio,
Qui íllic habítat.
Ph. Quín comedit, quód fuit, quod nón fuit?
Ly. Ne éxprobra, patér: multa homini evéniunt, quæ volt, quaé nevolt.
Ph. Méntire edepol, gnáte, atque id nunc fácis haut consuetúdine.
Nám sapiens quidém pol ipsus fíngit fortunám sibi:
Eo non multa, quaé nevolt, evéniunt, nisi fictór malust.
Ly. Múlta ei opera opúst ficturæ, quí se fictorém probum
Vítæ agundæ esse éxpetit: set hic ádmodum adulescéntulust.
Ph. Nón ætate, verum ingenio apíscitur sapiéntia.

350. *immuni*, h. e. illiberali.
352. *pote*, pro *pote es*, *i. e. potes.*
356. *comitati simus*, i. e. liberales simus.
367. *apiscitur*, passivè.

[Sapienti ætas condimentum, sapiens ætati cibu
Age dum, eloquere, quíd dare illi núnc vis?
Ly. Nil quicquám, p
Tú modo ne me próhibeas accípere, si quid
mihi.
Ph. 'An eo egestatem ei tolerabis, sí quid ab illo acc
peris?
Ly. Eo, pater.
Ph. Pol égo istam volo me rátionem edoceás
Ly. Lic
Scín tu illum quo génere gnatus sít?
Ph. Scio, adprimé prob
Ly. Sóror illist adúlta virgo grándis: eam cupió, pater,
Dúcere uxorém síne dote.
Ph. Síne dote uxorémne?
Ly. Ita, 375
Tua re salva; hoc pácto ab illo súmmam inibi
grátiam,
Néque commodius úllo pacto ei póteris auxiliárier.
Ph. 'Egone indotatám te uxorem ut pátiar?
Ly. Patiundúmst, pater:
'Et eo pacto addíderis nostræ lépidam famam fámiliæ.
Ph. Múlta ego possum dócta dicta et quámvis facundé
loqui: 380
Hístoriam veterem átque antiquam hæc méa senec-
tus sústinet.
Vérum ego quando te ét amicitiam et grátiam in
nostrám domum
Video adlicere, etsi ádvorsatus tíbi fui, istac júdico:

368. Versiculus e tali sententia ortus prosa oratione perscripta: *Sapientiæ ætas condimentum est, ætati sapientia cibus.* R.

369. Vulgo legitur una cum v. 368 post v. 361. *R.*

380. *po. sum;* sed nolo nunc.

381. *veterem,* jam decantatam: *antiquam,* quæ olim accidit. *L.*

383. *istac judico:* in tuam sententiam cedo.

Tíbi permittam, pósce, duce.
Dí te servassínt mihi.
Sét ad istam adde grátiam unum.
Quíd id est autem unum?
'Eloquar.
Tú ad eum adeas, tú concilies, túte poscas.
'Eccere.
Nímio citius tránsiges: firmum ómne erit, quod tu égeris.
Grávius tuum erit únum verbum ad eam rem, quam centúm mea.
'Ecce autem in benígnitate hac répperi negótium.
Dábitur opera.
Lépidus vivis: haéc sunt ædes, híc habet:
Lésbonicost nómen: age rem cúra: ego te opperiár domi.
Non óptuma hæc sunt, néque ut ego æquum cénseo:
Verúm meliora súnt quam quæ detérruma.
Set hoc únum consolátur me atque animúm meum,
Quia quí nil aliut, nísi quod sibi solí placet,
Consúlit advorsum fílium, nugás agit:
Miser éx animo fit, fáctius nihiló facit.
Suaé senectuti is ácriorem hiemém parat,
Quom illam ínportunam témpestatem cónciet.
Sed áperiuntur aédes, quo ibam: cómmodum
Ipse éxit Lesbonícus cum servó foras.

LESBONICUS. STASIMUS. PHILTO.

Les. Minus quíndecim diés sunt, quom pro hisce aédibus
Minas quadraginta áccepisti a Cállicle.
Estne hóc quod dico, Stásime?

390. *lepidus vivis*; lepidus es homo. *Habet*: vide supra v. 193.
397. *factius*, magis factum.
400. *commodum*, i. q. modo, Angl. *just now*.

Sta. Quom consídero,
Meminísse videor fíeri.
Les. Quid factúmst eo? 40
Sta. Comésum, expotum, exúnctum, elutum in bálinei
Piscátor, pistor ábstulit, lanií, coqui,
Holitóres, myropolæ, aúcupes: confít cito.
Non hércle minus evórsi sunt nummí cito,
Quam sí formicis tu óbicias papáverem. 41
Les. Minus hércle in istis rébus sumptumst séx minis.
Sta. Quid, quód dedisti scórtis?
Les. Ibidem uná traho.
Sta. Quid, quód ego frudavi?
Les. Hém istæc ratio máxumas
Sta. Non tíbi illud apparére, si sumás, potest,
Nisi tu ímmortale rére esse argentúm tibi. 41
Sero átque stulte, príus quod cautum opórtuit,
Postquám comedit rém, post rationém putat.
Les. Nequáquam argenti rátio comparét tamen.
Sta. Ratió quidem hercle appáret: argentum οἴχεται.
Minás quadraginta áccepstine a Cállicle, 42
Et ille aédis mancupio ábs te accepit?
Les. 'Admodum.
Ph. Pol opíno adfinis nóster ædis véndidit.
Patér quom peregre véniet, in portást locus:
Nisi fórte in ventrem fílio conrépserit.
Sta. Trapezítæ mille dráchumarum Olýmpicum, 42

406. *exunctum*, i. e. unguentis absumptum. Simili sens Græcè κατά adhibetur in compositis, ut in καθιπποτροφεῖ κατακυβεύειν. Vide Indic. Philol. Aristoph. *ed. Holden*, s. κατά.

409. Novus accessit ex Ambrosiano codice. *evorsi* est *evorrere* h. e. *everrere*, ut *Stich.* II. 2, 51 *convorram.* R.

414. *sumas*, i. e. subducas.

421. *mancupio*, i. e. in possessionem.

425. i. e. drachmarum Olympicarum.

Quas dé ratione déhibuisti, réddítæ.
Nempe quás spopondi.
Immó quas dependi, ínquito,
Pro illo ádulescente, quém tu esse aibas dívitem.
Factum.
'Ut quidem illut périerit.
Factum íd quoquest.
Nam núnc eum vidi míserum, et me ejus míseri-
tumst.
Miserét te aliorum, tui nec miseret néc pudet.
Tempúst adeundi.
'Estne hic Philto, qui ádvenit?
Is hérclest ipsus.
Edepol ne ego istúm velim
Meum fíeri servom cúm suo pecúlio.
Erum átque servom plúrumum Philtó jubet
Salvére, Lesbonícum et Stasimum.
Dí duint
Tibi, Phílto, quæquonque óptes: quid agit fílius?
Bene vólt tibi.
Edepol mútuom mecúm facit.
Nequam íllut verbumst 'béne volt,' nisi qui béne
facit.
Ego quóque volo esse líber: nequiquám volo.
Hic póstulet frugi ésse: nugas póstulet.
Meus gnátus me ad te mísit, inter se átque vos
Adfínitatem ut cónciliarem et grátiam.
Tuam vólt sororem dúcere uxorem: ét mihi
Senténtia eademst ét volo.
Haut noscó tuum:
Bonís tuis rebus meas res inridés malas.
Homo égo sum, tu homo's: ita me amabit Júppiter,

426. *dehibuisti* antique pro *debuisti*. R.
427. Ex interpretatione est qui post hunc vulgo sequitur: *Qua sponsione pronuper tu exactus es.* R.

Neque té derísum véni neque dignúm puto.
Verum hóc quod dixi méus me oravit fílius,
Ut tuam sororem póscerem uxorém sibi.
Les. Mearúm me rerum nóvisse æquomst órdinem.
Cum vóstris nostra non est æqua fáctio :
Adfinitatem vóbis aliam quaérite.
Sta. Satín tu's sanus méntis aut animí tui,
Qui cóndicionem hanc répudies? nam illúm tibi
Ferentárium esse amícum inventum intéllego.
Les. Abin hínc dierecte?
Sta. Si hércle ire occipiám, votes.
Les. Nisi me áliut quid vis, Phílto, respondí tibi.
Ph. Benígniorem, Lésbonice, té mihi,
Quam núnc experior ésse, confidó fore.
Nam et stúlte facere et stúlte fabulárier,
Utrúmque, Lesboníce, in ætate haú bonumst.
Sta. Verum hércle hic dicit.
Les. 'Oculum ego ecfodiám ti
Si vérbum addideris.
Sta. Hércle quin dicám tamen :
Nam sí sic non licébit, luscus díxero.
Ph. Ita núnc tu dicis, nón esse æquiperábilis
Vostrás cum nostris fáctiones átque opes?
Les. Dicó.
Ph. Quid? nunc si in aédem ad cenam véneris,
Atque íbi opulentus tíbi par forte obvénerit :
Adpósita cena sít, popularem quám vocant :
Si illí congestæ sínt epulæ a cluéntibus,
Si quíd tibi placeat, quód illi congestúm siet,

452. *factio*, i. e. homines quibuscum facimus, a quorum partibus stamus. Anglice, '*our set.*'

456. *ferentarium*, i. e. qui semper ad auxilium ferendum paratus est.

457. *votes*, antiq. pro *vetes*.

469. *par*, i. e. eodem loco accubans.

Edísne an incenátus cum opulento áccubes?
Edím, nisi si ille vótet.
At pól ego, etsí votet,
Edim átque ambabus mális expletís vorem,
Et quód illi placeat, praéripiam potissumum:
Neque illí concedam quícquam de vitá mea.
Verécundari néminem aput mensám decet:
Nam ibi dé divinis átque humanis cérnitur.
Rem fábulare.
Nón tibi ego dicám dolo:
Decédam ego illi dé via, de sémita,
De honóre populi: vérum quod ventrem áttigit,
Non hércle hoc longe, nísi me pugnis vícerit.
Cena hác annonast síne sacris heréditas.
Sempér tu facito, Lésbonice, hoc cógites,
Id óptumum esse, túte uti sis óptumus:
Si id néqueas, saltem ut óptumis sis próxumus.
Nunc cóndicionem hanc, quam égo fero et quam ab té peto,
Dare átque accipere, Lésbonice, té volo.
Di dívites sunt, deos decent opuléntiæ
Et fáctiones: vérum nos homúnculi
Salíllum animai: quám quom extemplo emísimus,
Æquó mendicus átque ille opulentíssumus
Censétur censu ad'Acheruntem mórtuos.
a. Mirúm quin tu illo técum divitiás feras.
Ubi mórtuos sis, ita sis ut nomén cluet.
b. Nunc út scias hic fáctiones átque opes
Non ésse neque nos tüam neglegere grátiam:
Sine dóte posco tüam sororem fílio.
Quæ rés bene vortat: hábeon pactam? quid taces?

480. *dicam dolo*, i. e. mentiar.

482. *de honore populi*, i. e. in ambiendo munere civitatis.

484. *hác annona*, pro hác tempestate. *Sine sacris hereditas*, i. q. plenissima hereditas.

492. Vide Cicero. de *Nat. Deor.* ii. 64.

Sta. Pro di ímmortales, cóndicionem quojusmodi.
Ph. Quin fábulare 'dí bene vortant: spóndeo'?
Sta. Eheú, ubi dicto níl erat usus, spóndeo
Dicébat: nunc hic, quom ópus est, non quit dícer
Les. Quom adfinitate vóstra me arbitrámini
Dignum, hábeo vobis, Phílto, magnam grátiam.
Sed si haéc res graviter cécidit stultitiá mea,
Philtó, 'st ager sub úrbe hic nobis: eum dabo
Dotém sorori: nam ís de stultitiís meís,
Solús superfit praéter vitam rélicuos.
Ph. Profécto dotem níl moror.
Les. Certúmst dare.
Sta. Nostrámne, ere, vis nutrícem, quæ nos éducat,
Abálienare a nóbis? cave sis féceris.
Quid edímus nosmet póstea?
Les. Etiam tú taces?
Tibi egón rationem réddam?
Sta. Plane périimus,
Nisi quíd ego comminíscor: Philto, té volo.
Ph. Si quíd vis, Stasime.
Sta. Huc cóncede aliquantúm.
Ph. Licet
Sta. Arcáno tibi ego hoc díco, ne ille ex té sciat
Neve álius quisquam.
Ph. Créde audacter quídlubet.
Sta. Per deos atque homines díco, ne tu illunc agrum
Tuum síris umquam fieri neque gnatí tui.
Ei rei árgumenta dícam.
Ph. Audire edepól lubet.
Sta. Primum ómnium olim térra quom proscínditur,
In quíncto quoque súlco moriuntúr boves.
Ph. Apage.
Sta. 'Acheruntis óstium in nostróst agro.

523. *olim*, i. q. *siquando*.

Tum vínum, priusquam cóctumst, pendet pútidum.
s. Consuádet homini, crédo: etsi sceléstus est,
At mi ínfidelis nón est.
l. Audi cétera.
Post íd, frumenti quom álibi messis máxumast,
Tribus tántis illi mínus redit quam obséveris.
s. Hem, istíc oportet óbseri morés malos,
Si in óbserendo póssint interfíeri.
l. Neque úmquam quisquamst, quójus ille agér fuit,
Quin péssume ei res vórterit: quorúm fuit,
Alii éxulatum abiérunt, alii emórtui,
Alií se suspendére: en, nunc hic, quójus est,
Ut ad íncitast redáctus.
s. Apage istúnc agrum.
a. Magis ápage dicas, si ómnia ex me audíveris.
Nam fúlguritæ súnt ibi alternæ árbores:
Sués moriuntur ángina illi acérrume:
Ovés scabræ sunt, tám glabræ, en, quam hæc ést manus.
Tum autém Surorum, génus quod patientíssumumst
Hominúm, nemo exstat qui íbi sex mensis víxerit:
Ita cúncti solstitiáli morbo décidunt.
h. Credo égo istuc, Stasime, ita ésse: sed Campás genus
Multó Surorum jam ántidit patiéntiam.
Sed is ést ager profécto, ut te audiví loqui,
Malós in quem omnis públice mittí decet.
Sicút fortunatórum memorant ínsulas,
Quo cúncti, qui ætatem égerint casté suam,
Conveniant: contra istúc detrudi máleficos
Æquóm videtur, quí quidem istius sít modi.

540. *illi*, i. q. illic.
544. *solstitiali morbo*, i. q. siriasi.
546. *antidit*, i. q. anteit, ut *antidea*, pro *antea*.

Sta. Hospítiumst calamitátis: quid verbís opust?
Quamvis malam rem quaéras, illic réperias.
Ph. At tu hércle et illi et álibi.
Sta. Cave sis díxeris
Me tíbi dixisse hoc.
Ph. Díxti tu arcanó satis.
Sta. Quin híc quidem cupit illum áb se abalienárier,
Si quém reperire pósit, os quoi súblinat.
Ph. Meus hércle nunquam fíet.
Sta. Si sapiés quidem.
Lepide hércle agro hoc ego húnc senem detérru
Nam qui vivamus níhil est, si illum amíserit.
Ph. Redeo ád te, Lesboníce.
Les. Dic sodés mihi,
Quid hic ést locutus técum?
Ph. Quid censés? homost
Volt fíeri liber, vérum quod det nón habet.
Les. Et ego ésse locuples, vérum nequiquám volo.
Sta. Licitúmst, si velles: núnc, quom nihil est, nón lice
Les. Quid técum, Stasime?
Sta. Dé istoc, quod dixtí modo:
Si anté voluisses, ésses: nunc seró cupis.
Ph. De dóte mecum cónveniri níl potest:
Quod tíbi lubet, tute ágito cum gnató meo.
Nunc tuam sororem fílio poscó meo:
Quæ rés bene vortat: quid nunc? etiam cónsulis?
Les. Quid istíc? quando ita vis, dí bene vortant: spónde
Ph. Numquam édepol quoiquam tam éxpectatus fílius
Natúst, quamst illut 'spóndeo' natúm mihi.
Sta. Di fórtunabunt vóstra consília.
Ph. 'Ita volo.

567. *tecum*, sc. loqueris?
572. *etiam consulis?* Angl. '*Do you still hesitate?*'
577. Hic versus et proximus vulgo leguntur post v. 581. R

I hac, Lésbonice, mécum, ut coram núptiis
Dies cónstituatur: eâdem hæc confirmábimus.
Les. Sed, Stásime, abi huc ad meam sororem ad Cállicles:
Dic, hóc negoti quómodo actumst.
Sta. 'Ibitur.
Les. Et grátulator meæ sorori.
Sta. Scílicet.
Les. Dic Cállicli, me ut cónvenat.
Sta. Quin tu í modo.
Les. De dóte ut videat quíd facto opus sit.
Sta. 'I modo.
Les. Nam cértumst sine dote haút dare.
Sta. Quin tu í modo.
Les. Neque enimílli damno umquam ésse patiar.
Sta. 'Abi modo.
Les. Meam néglegentiam.
Sta. 'I modo.
Les. Nulló modo
Æquóm videtur, quín, quod peccarim.
Sta. 'I modo.
Les. Potíssumum mihi id óbsit.
Sta. 'I modo.
Les. 'O pater,
En úmquam aspiciam te?
Sta. 'I modo, i modo, í modo.
Les. Eo: tu ístuc cura, quód te jussi: ego jam híc ero.
Sta. Tandem ímpetravi abíret: di, vostrám fidem,
Edepól re gesta péssume gestám probe,
Siquídem ager nobis sálvos est: etsi ádmodum

578. *eadem*, sc. operâ, h. e. simul.
582. *convenat*, pro, conveniat.
590. vulgo legitur (sine *Eo*) ante v. 582. R.

In ámbiguo etiam núnc est, quid ea ré fuat.
Set si álienatur, áctumst de colló meo :
Gestándust peregre clúpeus, galea, sárcina.
Effúgiet ex urbe, úbi erunt factæ núptiæ :
Ibít iste hinc aliquo in máxumam malám crucem
Latrócinatum, aut ín Asiam aut in Cíliciam.
Ibo húc, quo mi imperátumst, etsi odi hánc domum,
Postquam éxturbavit hic nos nostris aédibus.

ACTUS III.

CALLICLES. STASIMUS.

Cal. Quómodo tu istuc, Stásime, dixti ?
Sta. Nóstrum erilem fílium
Lésbonicum suam sororem déspopondisse : hóc modo.
Cal. Quoí homini despóndit ?
Sta. Lysitelí, Philtonis fílio,
Síne dote.
Cal. Sine dóte ille illam in tántas divitiás dabit ?
Nón credibile dícis.
Sta. At tute édepol nullus créduas.
Si hóc non credis, égo credidero
Cal. Quíd ?
Sta. Me nihili péndere.
Cal. Quámdudum istuc aút ubi actumst ?
Sta. 'Ilico, hic ante óstium :
Támmodo, inquit Praénestinus.

597. *effugiet*, sc. Lesbonicus. *Latrocinatum*, h. e. mercede militatum.
601. *hic*, sc. Callicles.
606. *nullus creduas*, i. q. non credas.
609. *Tammodo*. Provincialium ridet usum pravum. *L.* Cf. *Trucul.* iii. 2, 23.

'al. Tánton' in re pérdita 609
Quam ín re salva Lésbonicus fáctus est frugálior?
'ta. 'Atque quidem ipsus últro venit Phílto oratum fílio.
'al. Flágitium quidem hércle fiet, nísi dos dabitur vírgini.
Póstremo edepol égo istanc ad me rem áttinere intéllego.
'Ibo ad meum castígatorem atque áb eo consiliúm petam.
'ta. Própemodum, quid illíc festinet, séntio et subolét mihi: 615
'Ut agro evortat Lésbonicum, quándo evortit aédibus.
'O ere Charmidé, quom apsenti hic túa res distrahitúr tibi,
'Utinam te redísse salvom vídeam, ut inimicós tuos
'Ulciscare et míhi, ut erga te fui ét sum, referas grátiam.
Nímium difficilést reperiri amícum ita ut nomén cluet, 620
Quoí tuam quom rém credideris, síne omni cura dórmias.
Set generum nostrum íre eccillum vídeo cum adfiní suo.
Néscio quid non sátis inter eos cónvenit: celerí gradu
Súnt uterque: illé reprehendit húnc priorem pállio.
Haút ei euscheme ástiterunt: húc aliquantum abscéssero: 625
'Est lubido orátionem audíre duorum adfínium.

LYSITELES. LESBONICUS. STASIMUS.

Ly. Sta íloco: noli ávorsari, néque te occultassís mihi.
Les. Pótin' ut me ire, quó profectus súm, sinas?

620. verum amicum, qui isto nomine dignus est.

Ly. Si in rém tuam,
Lésbonice, essé videatur, glóriæ aut famaé, sinam.
Les. Quód est facillumúm, facis.
Ly. Quid id ést?
Les. Amico injúriam.
Ly. Néque meumst neque fácere didici.
Les. Indóctus quam docté facis.
Quid faceres, si quis docuisset te, út sic odio essés mihi?
Quí mihi bene quom símulas facere, mále facis, male cónsulis.
Ly. 'Egone?
Les. Tu ne.
Ly. Quíd male facio?
Les. Quód ego nolo, id quóm facis.
Ly. Tuæ re bene consúlere cupio.
Les. Tún mi's melior quam égo mihi?
Sat sapio, satis, in rem quæ sint meam, ego conspició mihi.
Ly. 'An id est sapere, ut quí beneficium a bénevolente répudies?
Les. Núllum beneficium ésse duco id, quóm, quoi facias, nón placet.
Scío ego et sentio ípse quid agam, néque mens offició migrat,
Néc tuis depéllar dictis, quin rumori sérviam.
Ly. Quíd ais? nam retinéri nequeo, quín dicam ea quæ prómeres:
'Itan tandem hanc majóres famam trádiderunt tíbi tui,
'Ut virtute eorum ánteparta pér flagitium pérderes,
'Atque honori pósterorum tuorum ut tu obex fíeres?
Tíbi paterque avósque facilem fécit et planám viam

635. *re* pro *rei*.
644. *tu obex*] *vindex* vulgo. R.

'Ad quærundum honórem: tu fecísti ut difficílis foret,
Cúlpa maxuma ét desidia tuisque stultis móribus.
Præoptavisti, amórem tuum tu vírtuti ut præpóneres:
Núnc te hoc pacto crédis posse obtégere errata? aha, nón itast.
Cápe sis virtutem ánimo, et corde expélle desidiám tuo.
'Atque istum ego agrum tíbi relinqui ob eam rem jam enixe éxpeto,
'Ut tibi sit, qui té corrigere póssis: ne omnino ínopiam
Cíves objectáre possint tíbi, quos tu inimicós habes.
Les. 'Omnia ego istæc quaé tu dixti scío, vel exsignávero:
'Ut rem patriam et glóriam majórum fœdarím meum.
Scíbam ut esse mé deceret, fácere non quibám miser:
'Ita vi Veneris víctus, otio áptus in fraudem íncidi:
'Et tibi nunc, proinde út merere, súmmas habeo grátias.
Ly. 'At operam períre meam sic ét te hæc dicta spérnere
Pérpeti nequeó: simul pigét parum pudére te.
'Et postremo, nísi me auscultas átque hoc ut dicó facis,
Túte pone té latebis fácile, ne inveniát te honos:
'In occulto jacébis, quom te máxume clarúm voles.
Pérnovi equidem, Lésbonice, ingénium tuum ingenuom ádmodum:
Scío te sponte nón tuapte errásse, set amorém tibi

652. *ne omnino*, nullo modo.

657. '*aptum connexum et colligatum significat.*' Nonius.

662. *pone te latebis* est i. q. nostrum, '*you'll stand in your own light.*'

'Péctus obscurásse: atque ipse amóris teneo omnís vias.
'Itast amor, ballísta ut jacitur: níl sic celerest néque volat:
Atque is mores hóminum moros ét morosos ófficit.
Minus placet, magis quód suadetur: quód dissuadetúr, placet.
Quom ínopiast, cupiás: quando ejus cópiast, tum nón velis.
Ille qui aspellit, ís compellit: ílle qui consuadét, vetat.
'Insanumst malum, té in hospitium dévorti ad Cupídinem.
Sét te moneo hoc étiam atque etiam ut réputes, quid facere éxpetas.
Si ístuc conare, út nunc facis indícium, tuum incendés genus.
Tum ígitur aquæ erit tíbi cupido, génus qui restinguás tuum.
'Atqui si eris náctus, proinde ut córde amantes súnt cati,
Né scintillam quidem relinques, génus qui congliscát tuum.
Les. Fácile inventust: dátur ignis, tamenétsi ab inimicó petas.
Sét tu objurgans me á peccatis rápis deteriorem ín viam.
Meam sororem tíbi dem suades síne dote: at non cónvenit
Mé, qui abusus súm tantam rem pátriam, porro in dítiis
'Esse agrumque habére, egere illam aútem, ut merito me óderit.
Númquam erit aliénis gravis, qui suis se concinnát levem.
Sícut dixi, fáciam: nolo té jactari diutius.

Ly. Tánton meliust, té sororis caúsa egestatem éxsequi,
'Atque eum me agrum habére quam te, túa qui
toleres moénia?
Les. Nólo ego mihi te tám prospicere, qui meam egestatém leves,
Sét ut inops infámis ne sim: né mi hanc famam dífferant,
Mé germanam meam sororem in cóncubinatúm tibi
Síc sine dote dédisse mágis quam in matrimónium.
Quís me improbior pérhibeatur ésse? hæc famigerátio
Té honestet, me autém conlutitet, si sine dote dúxeris.
Tíbi sit emoluméntum honoris: míhi, quod objecténtur, siet.
Ly. Quíd? te dictatórem censes fóre, si abs te agrum accéperim?
Les. Néque volo neque póstulo neque cénseo: verúm tamen
'Is est honos hominí pudico, méminisse officiúm suum.
Ly. Scío equidem te, animátus ut sis: vídeo, subolet, séntio.
'Id agis, ut, ubi adfínitatem intér nos nostram adstrínxeris,
'Atque eum quom agrum déderis nec quicquam híc sit qui vitám colas,
'Effugias ex úrbe inanis, prófugus patriam déseras,
Cógnatos, adfínitatem, amícos factis núptiis.
Méa opera hinc protérritum te meaque avaritia aútument.
'Id me commissúrum ut patiar fíeri, ne animum indúxeris.

685. *egestatem exsequi*, i. q. vivere in egestate.
702. *autument*, i. e. dicant.

Sta. Nón enim possum, quín exclamem: **euge, eú** Lysitelés, πάλιν.
Fácile palmam habés: hic victust: **vícit comoéd**
Híc agit magis ex árgumento et vérsus **melio**
facit.
'Etiam ob stultitiám tuam te túeris? **multam ab**
mina.
Les. Quíd tibi interpellátio aut in cóncilium **huc acce**
siost?
Sta. Eodem pacto, quo húc accessi, abscéssero.
Les. I hac mecúm **domun**
Lýsiteles: ibi de ístis rebus plúra fabulábi**mur.** 71
Ly. Níhil ego in occulto ágere soleo: méus **ut animus**
éloquar:
Sí mihi tua sorór, ut ego æquom cénseo, ita **nuptúm**
datur
Síne dote neque tu hínc abituru's, quód erit **meum,**
id erít tuum;
Sín aliter animátus es, bene, quód agas, **eveniát tibi.**
'Ego amicus tibi núnquam ero alio pácto: **sic sen-**
téntiast. 715
Sta. 'Abiit hercle ille: écquid audis, Lýsiteles? **ego té**
volo.
Híc quoque hinc abiit: Stásime, restas sólus: quid
ego núnc agam,
Nísi uti sarcinám constringam et clúpeum **ad dor-**
sum accómmodem,
Fúlmentas jubeám suppingi sóccis? non sistí potest.

706. Hæc jam ad ipsum Lesbonicum.

707. *Etiam te tueris?* h. e. An tu propositum tuum pergis tueri? *Multam abomina*, cave te olim pœniteat. Pœnam enim afficiebantur histriones, qui plerumque servi erant, si in scena rem non satis ad heri gustum et plausum populi gessissent, notante L.

719. *non sisti potest*, i. e. casus instat.

Vídeo caculam mílitarem mé futurum haut lóngius.
'Atque aliquem ad regem ín saginam quom érus se conjexít meus,
Crédo ad summos béllatores ácrem—fugitorém fore,
'Et capturum ibi spólia illum, qui—méo ero adversus vénerit.
'Egomet, quom extemplo árcum et pharetram mi ét sagittas súmpsero,
Cássidem in capút,—dormíbo plácidule in taberná-culo.
'Ad forum ibo: núdius sextus quoí talentum mútuom
Dédi, reposcam, ut hábeam mecum quód feram viáticum.

MEGARONIDES. CALLICLES.

e. Ut míhi rem narras, Cállicles, nulló modo
Pote fíeri prosus, quín dos detur vírgini.
il. Namque hércle honeste fíeri ferme nón potest,
Ut eám perpetiar íre in matrimónium
Sine dóte, quom ejus rém penes me habeám domi.
* * * * *
le. * * * * *
Paráta dos domíst: nisi exspectáre vis,
Ut eám sine dote fráter nuptum cónlocet:
Post ádeas tute Phíltonem et dotém dare
Te ei dícas: facere id ejus ob amicitiám patris.
Verum hóc ego vereor, né istæc pollicitátio
Te in crímen populo pónat atque infámiam.
Non témere dicant té benignum vírgini:
Datám tibi dotem, ei quám dares, ejus á patre:

720. *haud longius*, brevi tempore.
721. *ad regem*, h. e. apud regem. *conjexit* pro *conjecerit*.
729. *prosus* antique pro *prorsus*.
733. Aliquot versus hic interciderunt. R.

Ex ea largiri te illi, neque ita, ut sít data,
Incólumem sistere illi, et detraxe aútument.
Nunc si ópperiri vís adventum Chármidis,
Perlóngumst: huic ducéndi interea abscésseri
Lubído: atque ea condício huic vel primárias
Cal. Eadem ómnia istæc véniunt in mentém mihi.
Me. Vide si hóc utibile mágis atque in rem députa
Ipsum ádi adulescentem, édoce eum uti rés se
Cal. Ut égo nunc adulescénti thesaurum índicem
Indómito, pleno amóris ac lascíviæ?
Minumé, minume hercle véro: nam certó scio,
Locúm quoque illum omnem, úbi situst, comé
Quem fódere metuo, sónitum ne ille exaúdiat:
Ne rem ípsam indaget, dótem dare si díxerim.
Me. Quo pácto ergo igitur clám dos deprómi potest?
Cal. Dum occásio ei rei réperiatur, interim
Ab amíco alicunde mútuom argentúm rogem.
Me. Potin' ést ab amico alicúnde exorarí?
Cal. Potest.
Me. Gerraé: ne tu illut vérbum actutum invéneris:
Hem, míhi quidem hercle nón est, quod dem
tuom.
Cal. Malim hércle ut verum dícant quam ut dent
tuom.
Me. Set víde consilium, sí placet.
Cal. Quid cónsilist?
Me. Scitum, út ego opinor, cónsilium invení.
Cal. Quid est?
Me. Homo cónducatur jám aliquis quantúm potest
Ignóta facie, quaé non visitáta sit.
Is homo éxornetur gráphice in peregrinúm modu
Quasi sít peregrinus.

745. *conditio.* Angl. *match.*
762. *si*, i. e. utrum. Cf. Hor. *Epist.* I. 7. 39.
764. *quantum potest*, quàm citissime.

Quíd is scit facere póstea?
Mendácilocum aliquem [esse hóminem oportet dé foro,]
Falsídicum confidéntem.
Quid tum póstea?
Quasi ád adulescentem á patre ex Seleúcia
Veniát, salutem ei núntiet verbís patris:
Illúm bene gerere rem ét valere et vívere:
Et eúm redíturum actútum: ferat epístulas
Duas: eas nos consignémus, quasi sint á patre.
Illí det alteram, álteram dicát tibi
Dare sése velle.
Pérge porro dícere.
Seque aúrum ferre vírgini dotem á patre
Dicát, patremque id jússisse aurum tíbi dare.
Tenés jam?
Propemodo, átque ausculto pérlubens.
Tum tu ígitur demum id ádulescenti aurúm dabis,
Ubi erít locata vírgo in matrimónium.
Scite hércle sane.
Hoc, úbi thesaurum effóderis,
Suspícionem ab ádulescente amóveris.
Censébit aurum esse á patre allatúm tibi:
Tu dé thesauro súmes.
Satis scite ét probe:
Quanquam hóc me ætatis sýcophantarí pudet.
Sed epístulas quando óbsignatas ádferet,
Nonne árbitraris túm adulescentem ánuli
Patérni signum nóvisse?
Etiam tú taces?
Sescéntæ ad eam rem caúsæ possunt cónligi.

780. *adulescenti*, Lysiteli.
782. *hoc*, i. e. hoc modo.
787. Ex interpolatione est qui vulgo sequitur versus: *Si quidem obsignatas attulerit epistolas.* R.

Eum quem hábuit perdidit, álium post fecít
Jam si óbsignatas nón feret, dici hóc potest,
Aput pórtitores eas resignatás sibi
Inspéctasque esse: in hujusmodi negótio
Diém sermone térere segnitiés merast:
Quamvís sermones póssunt longi téxier.
Abi ád thesaurum jám confestim clánculum:
Servós, ancillas ámove: atque audín?

Cal. Quid est

Me. Uxórem quoque eampse hánc rem uti celés fa
Nam pól tacere númquam quicquamst quód q
Quid núnc stas? quin tu hinc te ámoves
moves?
Aperí, deprome inde aúri ad hanc rem quód sat
Contínuo operta dénuo: set clánculum,
Sicút præcepi: cúnctos exturba aédibus.

Cal. Ita fáciam.

Me. At enim nimis lóngo sermone útimur:
Diém conficimus, quód jam properatóst opus.
Nihil ést, de signo quód vereare: mé vide.
Lepidást illa causa, ut cómmemoravi, dícere,
Aput pórtitores ésse inspectas: dénique
Diéi tempus nón vides? quid illúm putas
Natúra illa atque ingénio? jamdudum ébriust:
Quidvís probari ei póterit: tum, quod máxumum
Adférre hic, non se pétere dicet.

Cal. Jám sat est.

Me. Ego sycophantam jám conduco dé foro,
Epístulasque jám consignabó duas:
Eumque húc ad adulescéntem meditatúm probe
Mittam.

Cal. ⏑ 'Eo ego ergo igitur íntro ad officiúm meum.

803. *operta.* R. Al. *operito.*
807. *me vide,* i. e. mihi crede.

istúc age.

Actum réddam nugacíssume.

ACTUS IV.

Charmides.

lipotenti et múltipotenti Jóvis fratri æthereí Neptuno

étus lubens laudés ago, gratas grátisque habeo, et flúctibus salsis,

ós penes mei fuit potestas, bonis meis quid fóret et vitæ,

óm suis me ex locís in patriam urbem úsque incolumem réducem faciunt.

tque tibi ego, Neptúne, ante alios deos gratis ago atque hábeo summas.

Nám te omnes sævómque severumque, ávidis moribús commemorant,

Spúrcificum, immanem, intolerandum, vésanum: ego contra ópera expertus.

Nám pol placidum te ét clementem eo usqué modo, ut volui, usús sum in alto.

'Atque hanc tuam aput hómines gloriam aúribus jam accéperam ante:

Paúperibus te párcere solitum, dítis damnare átque domare.

'Abi, laudo: scis órdine, ut æquomst, tráctare homines: hóc dis dignumst:

Sémper mendicís modesti sínt, secus nobilís aput homines.

Fídus fuisti: infídum esse iterant: nam ábsque foret te, sát scio, in alto

819—840. Trochaici octonarii.

825. *opera expertus*, i. e. re edoctus sum.

831. *absque foret te*, Angl. '*if it had not been for you.*'

Dístraxissent dísque tulissent sátellites tui
fœde,
Bónaque item omnia úna mecum pássim
per campos :—
'Ita jam quasi canés, haut secus navem
bant túrbine venti :
Imbres fluctusque átque procellæ infénsæ
frángere malum,
Rúere antempnas, scíndere vela :—ní pax
foret præsto.
'Apage a me sis : dehinc jam certumst
me : sátis partum habeo,
Quíbus ærumnis déluctavi, fílio dum
Sét quis hic est, qui in pláteam
novo ornatú specieque ?
Pól, quanquam domi cúpio, opperiar :
rem agat, simul ánimum advortam.

SYCOPHANTA. CHARMIDES.

Syc. Huíc ego die nomén Trinummo fácio :
operám meam
Tríbus nummis hodié locavi ad ártis
'Advenio ex Seleúcia, Macédonia, Asia
Quás ego neque oculís neque pedibus
paví meis.
Víden egestas quíd negoti dát homini
Quía ego nunc subigór trium nummum
has epístulas
Dícam ab eo homine me áccepisse, quem
homo néscio
Néque novi, neque nátus necne is fúerit
scio.
Cha. Pól hic quidem fungíno generest : cápite
tegit.

850. *tegit*, sc. petaso magno.

Illurica faciés videtur hóminis: eo ornatu ádvenit.
Ille qui me condúxit, ubi condúxit, abduxít domum:
Quaé voluit, mihi díxit, docuit ét præmonstravít prius,
Quómodo quidque agerém: nunc adeo sí quid ego addidero ámplius,
Eo conductor mélius de me núgas conciliáverit.
Ut ille me exornávit, ita sum ornátus: argentum hóc facit.
Ipse ornamenta á chorago hæc súmpsit suo perículo:
Núnc ego si potero órnamentis hóminem circumdúcere,
Dábo operam, ut me esse ípsum plane sýcophantam séntiat.
Quám magis specto, mínus placet mi hæc hóminis facies: míra sunt,
Ni íllic homost aut dórmitator aút sector zonárius.
Lóca contemplat, círcumspectat sése atque ædis nóscitat:
Crédo edepol, quo móx furatum véniat, speculatúr loca.
Mágis lubidost óbservare, quíd agat: ei rei operám dabo.
Hás regiones démonstravit míhi ille conductór meus:
Aput illas ædís sistendæ míhi sunt sycophántiæ.
Foris pultabo.
Ad nóstras ædis híc quidem habet rectám viam:
Hércle opinor mi ádvenienti hac nóctu agitandumst vígilias.

852. *Ille*, sc. Callicles.
855. *conciliaverit*, i. e. emerit.
858. *si potero*, i. q. an possim.
860. *mira sunt, ni*, i. q. mirum est, nisi.
861. *dormitator*, ἡμερόκοιτος, Hesiod. *Opp.* v. 607.
862. circum se spectat.

Syc. 'Aperite hoc, aperíte: heus, ecqui his fóribus tu
lám gerit?
Cha. Quíd, adulescens, quaéris? quid vis? quíd i
pultas?
Syc. Heús, senex, i
Lésbonicum hic ádulescentem quaéro, in his re
nibus
'Ubi habitet, et item álterum ad istanc cápitis al
túdinem,
Cálliclem quem aibát vocari, qui hás mihi de
epístulas.
Cha. Meum gnatum hic quidem Lésbonicum quaérit
amicúm meum,
Quoí ego liberósque bonaque cómmendavi, Cállicle
Syc. Fác me, si scis, cértiorem, hisce hómines ubi hal
tént, pater. 8
Cha. Quíd eos quæris? aút quis es? aut únde's? a
unde ádvenis?
Syc. Cénsus quom sum, júratori récte rationém dedi.
Cha. * * * * * *
Syc. Múlta simul rogitás: nescio quid éxpediam potí
sumum.
Si únumquicquid síngillatim et plácide percontábe
'Et meum nomen ét mea facta et ítinera ego fax
scias. 88
Cha. Fáciam ita ut vis: ágedum, nomen prímum me
mora tuum mihi.
Syc. Mágnum facinus íncipissis pétere.
Cha. Quid ita?
Syc. Quía, pate

872. *ad istanc albitudinem*, i. e. quali tu es albitudine.

879. Post hunc v., qui vulgo sequitur post 870, tale quid dam exciderit oportet:

Tamne sæviter, adulescens? tu si tibi me postulas
Dare operam, æquomst respondere mihi te, quod ego te rogo. R

Si ánte lucem ire hércle occipias á meo primo nómine,
Cóncubium sit nóctis, priusquam ad póstremum pervéneris.
Cha. 'Opus fartost viático ad tuum nómen, ut tu praédicas.
Syc. 'Est minusculum álterum, quasi vésculum vinárium.
Cha. Quíd id est tibi nomén adulescens?
Syc. Páx, id est nomén mihi:
Hóc cotidiánumst.
Cha. Edepol nómen nugatórium:
Quási dicas, si quíd crediderim tíbi, pax periisse ílico.
Híc homo solide sýcophantast: quíd ais tu, adulescéns?
Syc. Quid est? 891
Cha. 'Eloquere, isti tíbi quid homines débent, quos tu quaéritas?
Syc. Páter istius ádulescentis dédit has duas mi epístulas,
Lésbonici: is míst amicus.
Cha. Téneo hunc manufestárium:
Mé sibi epistulás dedisse dícit: ludam hominém probe. 895
Syc. 'Ita ut occepi, si ánimum advortas, dícam.
Cha. Dabo operám tibi.
Syc. Hánc me jussit Lésbonico dáre suo gnato epístulam,
'Et item hanc alterám suo amico Cállicli jussít dare.
Cha. Míhi quoque edepol, quom híc nugatur, cóntra nugarí lubet.
'Ubi ipse erat?
Syc. Bene rém gerebat.
Cha. 'Ergo ubi?
Syc. In Seleúcia. 900

886. *fartost.* Lindemann. *facla*, i. e. facula: Fleckeisen *factost*.

888, 889, 890 vulgo leguntur post v. 936.

900. Post hunc credibile est aliquid secum locutum esse Charmidem hujusmodi:

Cha. . . . . . .
'Ab ipson' istas áccepisti?
Syc. E mánibus dedit ipse ín ma
Cha. Quá faciest homó?
Syc. Sesquipede quídamst quam tu lóng
Cha. Haéret hæc res, sí quidem ego apsens súm q
præsens lóngior.
Nóvistin' hominém?
Syc. Ridicule rógitas, quocum *uná* cíb
Cápere soleo.
Cha. Quíd est ei nomen?
Syc. Quód edepol hominí probo. 9
Cha. Lúbet audire.
Syc. Illi édepol—illi—ílli—væ miseró mi
Cha. Quid est negoti?
Syc. Dévoravi nómen imprudéns mod
Cha. Nón placet, qui amícos intra déntis conclusós hab
Syc. 'Atque etiam modo vórsabatur mi ín labris prim
ribus.
Cha. Témperi huic hodie ánteveni.
Syc. Téneor manufestó miser. 91
Cha. Jám recommentátu's nomen?
Syc. Deum me hercle atque hominúm pude
Cha. Víde modo hominem ut nóris.
Syc. Tanquam mémet: fieri istúc solet
Quód manu teneás atque oculis vídeas, id desíderes.
Lítteris recómminiscar: C ést principium nómini.

Mira sunt, qui hic scire potis est me fuisse in Seleucia,
Unde redeo huc: utut est, pergam porro percontarier. R.

902. *quidam. Quiddam*, Lind., ut sit i. q. 'fere.'

912. *Deum pudet*, '*I feel ashamed before the Gods.*' Cf. Ter. *Adelph.* iv. 5, 49. Sic Græce *αἰσχύνεσθαί τινα* duplicem habet significationem, de quâ vide not. ad Aristoph. *Ecclesias.* v. 332, ed. Holden.

913. *vide ut*, i. e. vide, quàm parùm hominem noveris.

Cállias?
Non ést.
Callippus?
Nón est.
Callidémides? 915
Nón est.
Callinícus?
Non est.
'An Callimachus?
Níl agis:
Néque adeo edepol flócci facio, quándo egomet meminí mihi.
Cha. **'At** enim multi Lésbonici súnt hic: nisi nomén patris
Díces, non possum ístos monstrare hómines, quos tu quaéritas.
Quód ad exemplumst? cónjectura sí reperire pós-sumus. 920
Syc. **'Ad** hoc exemplumst: Chár.
Cha. Chares? an Cháricles? numne Chármides?
Syc. **Hem**, ístic erit: qui istúm di perdant.
Cha. Díxi ego jamdudúm tibi:
* * * * * *
Béne te potius dícere æquomst hómini amico quám male.
Syc. Sátin' inter labra átque dentis látuit vir minumi preti?
Cha. **Né** male loquere apsénti amico.
Syc. Quíd ille ergo ignavíssumus 925
Mí latitabat?

922. *qui*, i. q. utinam.
922. Lacunam, quæ est inter v. 922 et 923, sic supplere licebit:
Non placet, qua te erga amicum video amicitia utier. R.
924. *Satin, etc.* i. e. nonne.

Cha. Si áppellasses, réspondisset nómini.
Sét ubi ipsest?
Syc. Pol illúm reliqui ad Rhádamam in Cecropia ínsula.
Cha. Quís homost me insipiéntior, qui ipse, égomet ubi sim, quaéritem?
Sét nil discondúcit huic rei: quíd ais?
Syc. Quid jam?
Cha. Hoc te rogo:
Quós locos adísti?
Syc. Nimium mírimodis mirábilis.
Cha. Lúbet audire, nísi molestumst.
Syc. Quín discupio dícere.
'Omnium primum in Póntum advecti ad 'Arabiam terrám sumus.
Cha. Eho,
'An etiam Arabiást in Ponto?
Syc. Est: nón illa, ubi tus gígnitur
Sét ubi absinthiúm fit atque cunícula gallinácea.
Cha. Nímium graphicum hunc núgatorem: sét ego sum insipiéntior,
Qui, égomet unde rédeam, hunc rogitem, quæ ég sciam atque hic nésciat:
Nísi quia lubet éxperiri, quo évasurust dénique.
Sét quid ais? quo inde ísti porro?
Syc. Si ánimum advortes, éloqua
'At caput amnis, quí de cælo exóritur sub solió Jovi
Cha. Súb solio Jovís?
Syc. Ita dico.
Cha. E caélo?
Syc. Atque e medió quidem.
Cha. Eho,
'An etiam in cælum éscendisti?
Syc. Immo hóriola advectí sum

941. *horiola*, i. q. cymba piscatoria.

'Usque aqua advorsa per amnem.
L. An tu étiam vidistí Jovem?
S. 'Eum alii di isse ád villam aibant sérvis depromptúm cibum.
Deinde porro
A. Deinde porro nólo quicquam praédices.
C. Dímittam, ut te vélle video: sét monstra hosce hominés mihi,
Quós ego quaero, quíbus me oportet hás deferre epístulas.
Ia. Quíd ais? tu nunc sí forte eumpse Chármidem conspéxeris
'Illum, quem istas tíbi dedisse cómmemoras epístulas,
Nórisne hominem?
Yc. Né tu me edepol arbitrare béluam,
Quí quidem non novísse possim, quícum ætatem exégerim.
'An ille tam esset stúltus, qui mihi mílle nummum créderet
Phílippum, quod me aurúm deferre jússit ad gnatúm suum
'Atque ad amicum Cálliclem, quoi rem aibat mandasse híc suam?
Míhi concrederétne, ni me ille ét ego illum nossem ápprobe?
Cha. Enimvero ego nunc sýcophantæ huic sýcophantarí volo.
Si húnc possum illo mílle nummum Philippum circumdúcere,
Quód sibi me dedísse dixit: quem égo, qui sit homo, néscio
Néque oculis ante húnc diem umquam vídi, eine aurum créderem?
Quoí, si capitis rés sit, nummum númquam credam plúmbeum.

'Adgrediundust híc homo mi astu: heus, Pán
tribus verbís volo.
Syc. Vél trecentis.
Cha. Háben tu id aurum, quód tu accepsti a Chármi
Syc. 'Atque etiam Philippúm, numeratum illíus in me
manu,
Míllе nummum.
Cha. Némpe ab ipso id áccepisti Chármi
Syc. Mírum quin ab avo ejus aut proavo accíperem, q
sunt mórtui.
Cha. 'Adulescens, cedo dum ístuc aurum míhi.
Syc. Quod ego dem aurúm tibi? 9
Cha. Quód te a me accepísse fassu's.
Syc. 'Aps te accepisse?
Cha. 'Ita loquo
Syc. Quís tu homo's?
Cha. Qui mílle nummum tíbi dedi, ego sum Chármide
Syc. Néque edepol tu is és neque hodie is úmquam eri
huic auró quidem.
'Abi sis, nugatór: nugari núgatori póstulas.
Cha. Chármides ego súm.
Syc. Nequiquam herclé's: nam nihil aurí fero. 97
Nímis argute me óbrepsisti in eapse occasiúncula.
Póstquam ego me aurum férre dixi, póst tu factu's
Chármides:
Príus non tu is eras, quam aúri feci méntionem: níl
agis.
Proin tute itidem ut chármidatu's, rúrsum te de-
chármida.
Cha. Quís ego sum igitur, sí quidem is non sum, quí sum?
Syc. Quid id ad me áttinet? 975
Dúm ille ne sis, quem égo esse nolo, sís mea causa
quí lubet.

962. *in mensâ*, apud trapezitam.

Príus non is eras, quí eras, nunc is fáctu's, qui tum nón eras.

Ly. 'Age, si quid agís.

Sy. Quíd ego agam?

Ly. Aurum rédde.

Sy. Dormitás, senex.

Ly. Fássu's Charmidém dedisse aurúm tibi?

Sy. Scriptúm quidem.

Ly. Próperas an non, própere abire actútum ab his regiónibus,

Dórmitator, príusquam ego hic te júbeo mulcarí male?

Syc. Quamóbrem?

Cha. Quia illum, quem éntitus és, ego sum ipsus Chármides,

Quém tibi epistulás dedisse aiébas.

Syc. Eho, quæso, án tu is es?

Cha. 'Is enimvero sum.

Syc. Ain tu tandém? is ípsusne's?

Cha. Aio.

Syc. 'Ipsus es?

Cha. 'Ipsus, inquam, Chármides sum.

Syc. Ergo ípsusne's?

Cha. Ipsíssumus.

'Abin hinc ab oculis?

Syc. Enimvero séro quoniam huc ádvenis,

Vápulabis meo árbitratu ét novorum ædílium.

Cha. 'An etiam maledícis?

Syc. Immo, sálvos quandoquidem ádvenis,

Dí me perdant, sí te flocci fácio an periissés prius.

982. *illum quem*, pro 'ille quem.'

987. *Vapulabis—ædilium.* Ad histrionum pœnas alluditur, qui quum essent servi, si quid deliberarent in actione, vapulabant. *L.*

'Ego ob hanc operam argéntum accepi: té mac
infortúnio.
Céterum qui sís, qui non sis, flóccum non intérdui
'Ibo ad illum, renúntiabo, quí mihi tris numm
dedit,
'Ut sciat se pérdidisse: ego ábeo: male vive ét vale
Quó di te omnes ádvenientem péregre perdan
Chármides.
Cha. Postquam ílle hinc abiit, póst loquendi líbere
Vidétur tempus vénisse atque occásio.
Jamdúdum meum ille péctus pungit áculeus,
Quid illí negoti fúerit ante ædís meas.
Nam epístulæ illæ míhi concenturiánt metum
In córde et illut mílle nummum, quám rem agat.
Numquam édepol temere tínnit tintinnábulum:
Nisi qui íllut tractat aút movet, mutúmst, tacet.
Set quís hic est, qui huc in pláteam cursuram ín-
cipit?
Lubet óbservare, quíd agat: huc concéssero.

STASIMUS. CHARMIDES.

Sta. Stásime, fac te própere celerem, récipe te ad domi-
núm domum,
Né subito metus éxoriatur scápulis stultitiá tua.
'Adde gradum, adproperá: jamdudum fáctumst,
quom abistí domo.
Cáve sis tibi, ne búbuli in te cóttabi crebrí crepent,
Si áberis ab eri quaéstione: né destiteris cúrrere.

999. *concenturiant*, quasi *concinnant*, Pr. est centurionis milites congregantis.

1002. *nisi qui*, i. q. nisi quis.

1008. *bubuli cottabi*, i. e. plagarum crepitus, dum loris e pelle bubula cæditur.

1009. i. e. Si aberis, ubi te herus quæret.

'Ecce hominem te, Stásime, nihili: sátin' in thermopólio
Cóndalium es oblítus, postquam thérmopotasti gútturem?
Récipe te et recúrre petere ré recenti.
Huic, quísquis est,
Gúrguliost exércitor, is hunc hóminem cursurám docet.
Quíd, homo nihili, nón pudet te? tríbusne te potériis
Mémoriæ esse oblítum? an vero, quía tu cum frugi hóminibus
'Ibi bibisti, qui áb alieno fácile cohiberént manus,
'Inter eosne hominés condalium té redipisci póstulas?
Chíruchus fuit, Cérconicus, Crímnus, Cricolabus, Cóllabus,
Cóllicrepidæ, crúricrepidæ, férriteri, mastígiæ:
Quórum hercle unus súrpuerit currénti cursorí solum?
Ha. 'Ita me di ament, gráphicum furem.
Ta. Quíd ego, quod periít, petam?
Nísi etiam labórem ad damnum ápponam epithecam ínsuper.
Quín tu, quod periít, perisse dúcis? cape vorsóriam.
Récipe te ad erum.
Cha. Nón fugitivost híc homo: commeminít domi.
Sta. 'Utinam veteres véterum mores, véteres parsimóniæ

1011. *condalium*, annulum.
1013. *Gurgulio*. Al. *curculio*.
1017. *postulas*, i. e. *δξιοῖς, do you expect?*
1019. i. e. quorum colla, crura crepant, flagellis cæsa.
1020. *solum*, i. e. infimam pedis partem, ut ap. Lucr. i. 20, Cic. *Tusc. Disp.* v. 32.
1023. *cape vorsoriam*, i. e. redi.

Pótius in majóre honore hic éssent, quam
mali.
Cha. Di immortales, básilica hic quidem fácinora
tat loqui.
Vétera quærit, vétera amare hunc móre maj
scias.
Sta. Nám nunc mores níhili faciunt quód licet, nisi
lubet.
'Ambitio jam móre sanctast, líberast a légibus.
Scúta jacere fúgereque hostis móre habent licén
Pétere honorem pró flagitio móre fit.
Cha. Morem ímprob
Sta. Strénuos nunc praéterire móre fit.
Cha. Nequám quid
Sta. Móres leges pérduxerunt jam ín potestatém sua
Mágis quis sunt obnóxiosæ, quám parentes líber
Eæ misere etiam ad párietem sunt fixæ clavis
reis,
'Ubi malos morés adfigi nímio fuerat aéquius.
Cha. Lúbet adire atque áppellare hunc: vérum auscu
pérlubens,
Et metuo, si cómpellabo, ne áliam rem occipi
loqui.
Sta. Néque istis quicquam lége sanctumst: léges mo
sérviunt,
Móres autem rápere properant quá sacrum qu
públicum.
Cha. Hércle istis malám rem magnam móribus dignúm
dari.
Sta. Nónne hoc publice ánimadvorti? nam íd genus h
minum hóminibus
Univorsisést advorsum atque ómni populo mál
facit.

1032. *vro flagitio*, in præmium flagitii.
1041]. tum—tum.

Míle fidem servándo illis quoque ábrogant etiám fidem,
Qui nil meriti: quíppe eorum ex ingénio ingenium horúm probant.
Si quoi mutuóm quid dederis, fit pro proprio pérditum.
Quóm repetas, inimícum amicum invénias benefactó tuo;
Máge si exigere coépias, duum rérum exoritur óptio:
Vél illut, quod credíderis, perdas, vél illum amicum amíseris.
Hóc qui in mentem vénerit mihi, ré commonitus súm modo.
Méus est hic quidem Stásimus servos.
Nam égo talentum mútuom
Quoí dederam, talénto inimicum mi émi, amicum véndidi.
Sét ego sum insipiéntior, qui rébus curem púplicis
Pótius quam, id quod próxumumst, meo térgo tutelám geram.
Eo domum.

Cha. Heus tu, asta ílico: audi, heús tu.
Sta. Non sto.
Cha. Té volo.
Sta. Quíd, si egomet te vélle nolo?
Cha. Ah nímium, Stasime, saéviter.
Sta. Emere meliust, quoi ímperes.
Cha. Pol ego émi atque argentúm dedi.
Sét si non dicto aúdiens est, quid ago?
Sta. Da magnúm malum.
Cha. Béne mones: ita fácere certumst.
Sta. Nísi quidem es obnóxius.

1046. *probas*, i. q. æstimas.

Cha. Sí bonust, obnóxius sum: sín secust, faci
mones.
Sta. Quíd id ad me attinét, bonisne sérvis tu ut
malis?
Cha. Quía boni malíque in ea re párs tibist.
Sta. Partem ál
Tíbi permitto, illam álteram aput me, quód
appónito.
Cha. Sí eris meritus, fíet: respice húc ad me: ego
Chármides.
Sta. Hém, quis est, qui méntionem homo hóminis
óptumi?
Cha. Ipsus homo optumúst.
Sta. Mare, terra, caélum, di, vostrám fid
Sátin' ego oculis pláne video? éstne hic an non
is est.
Cérte is est, is ést profecto: o mí ere exoptatíssu
Sálve.
Cha. Salve, Stásime.
Sta. Salvom té
Cha. Scio et credó tibi. 10
Sét omitte alia; hoc míhi responde: líberi qu
agúnt mei,
Quós reliqui hic, fílium atque fíliam?
Sta. Vivónt, valen
Cha. Némpe uterque?
Sta. Utérque.
Cha. Di me sálvom et servatúm volun
Cétera intus ótiose pércontabor, quaé volo.
Eamus intro: séquere.
Sta. Quonam té agis?
Cha. Quonam, nísi domum? 107
Sta. Hícine nos habitáre censes?
Cha. 'Ubinam ego alibi cénseam?
Sta. Jám

Quid jam?
Non sunt nostræ ædes istæ.
Quid ego ex te audio?
Vendidit tuus gnatus ædis.
Perii.
Præsentariis
Argenti minis numeratis.
Quot?
Quadraginta.
'Occidi.
Quis eas emit?
Callicles, quoi tuam rem commendáveras: 1080
'Is habitatum huc cómmigravit nósque exturbavít foras.
'Ubi nunc filiús meus habitat?
Hic in hoc postículo.
Male disperii.
Crédidi ægre tibi id, ubi audissés, fore.
'Ego miser summeis periclis sum per maria máxuma
Vectus, capitalí periclo pér prædones plúrumos 1085
Mé servavi, sálvos redii: núnc hic disperií miser
Própter eosdem, quórum causa fui hác ætate exércitus.
'Adimit animam mi aégritudo: Stásime, tene me.
Vísne aquam
Tibi petam?
Res quom ánimam agebat, tum esse offusam opórtuit.

CALLICLES. CHARMIDES. STASIMUS.

Quid hoc hic clamoris audio ante ædis meas? 1090
O Callicles, o Callicles, o Callicles,
Qualíne amico méa commendaví bona.

1089. sc. quum res familiaris mea peribat hic, tum oportuit me hic succurrere.

Cal. Probo ét fideli et fído et cum magná fide.
Et sálve et salvom te ádvenisse gaúdeo.

* * * * *
* * * *
* * * *

Cha. Credo, ómnia istæc sí ita sunt ut praédicas.
Set quís istest tuus ornátus?
Cal. Ego dicám tibi.
Thensaúrum effodiebam íntus dotem fíliæ
Tuæ quaé daretur: sét intus narrabó tibi
Et hóc et alia: séquere.
Cha. Stasime.
Sta. Hem.
Cha. Strénue
Curre ín Piræum atque únum curriculúm face.
Vidébis jam illic návem, qua advectí sumus.
Jubéto Sagariónem, quæ imperáverim,
Curáre ut efferántur, et tu itó simul.
Solútumst portitóri jam portórium.
Sta. Nihil ést moræ.
Cha. Cito ámbula: actutúm redi.
Sta. Illíc sum atque hic sum.
Cal. Séquere tu hac me intró.
Cha. Sequ
Sta. Hic méo ero amicus sólus firmus réstitit:
Neque démutavit ánimum de firmá fide,
Quanquám labores múltos ob rem et líberos
[Abséntis mei eri] eum égo cepisse cénseo.
Set hic únus, ut ego súspicor, servát fidem.

1097. Post hunc versum gravem lacunam esse cen Ritschelius.

1100. *unum curriculum face*, i. e. uno tenore curre usq ad portum.

ACTUS V.

LYSITELES.

Hic homóst omnium hominum praécipuos,
Voluptátibus gaudiisque ántepotens.
Ita cómmoda, quæ cupio, éveniunt,
Quod agó, subit, adsecué sequitur:
Ita gaúdiis gaudium súppeditat.
Módo me Stasimus Lésbonici sérvos convenít domi:
'Is mihi dixit súum erum peregre huc ádvenisse Chármidem.
Núnc mi is propere cónveniundust, út, quæ cum ejus fílio
'Egi, ei rei fundús pater sit pótior: eo ego: sét fores
Haé sonitu suó moram mihi óbiciunt incómmode.

CHARMIDES. CALLICLES. LYSITELES.

Cha. Néque fuit neque erít neque esse quenquam hóminem in terra dum árbitror,
Quojus fides fidélitasque amícum erga æquiperét tuam.
Nam éxædificavísset me ex his aédibus, apsque té foret.
Cal. Sí quid amicum ergá bene feci aut cónsului fidéliter,
Nón videor meruísse laudem, cúlpa caruisse árbitror.
Nám beneficium hómini proprium quód datur, prosúm perit:
Quód datum utendúmst, repetundi id cópiast, quandó velis.

1107—16. Dimetri anapæstici.
1120. *fundus sit potior*, i. e. percipiat, sive patri potius committam.

Cha. Est ita ut tu dícis: set ego hoc néqueo mirarí
Eum sororem déspondisse suam ín tam fo
fámiliam.
Cal. Lýsiteli quidém Philtonis fílio.
Ly. Enim me nómin
Cha. Fámiliam optumam óccupavit.
Ly. Quíd ego cesso hos cónlo
Sét maneam étiam, opínor: namque hoc cómmo
orditúr loqui.
Cha. Vah.
Cal. Quid est?
Cha. Oblítus intus dúdum tibi sum díc
Módo mi advenienti híc nugator quídam occ
óbviam, I
Nímis pergraphicus sýcophanta: is mílle numm
se aúreum
Meo datu tibi férre et gnato Lésbonico aibát me
Quem égo nec, qui esset, nóram neque eum a
úsquam conspexí prius.
Sét quid rides?
Cal. Meo ádlegatu vénit, quasi qui aurúm m
Férret aps te, quód darem tuæ gnátæ dotem:
fílius 11
Túus, quando illi a mé darem, esse allátum id a
te créderet,
Neú qui rem ipsam pósset intellégere, thensaurú
tuum
Mé penes esse, atque á me lege pópuli patriu
pósceret,
Cha. Scíte edepol.
Cal. Megarónides commúnis hoc meus ét tu
Bénevolens comméntust.
Cha. Quin conlaúdo consilium ét probo. 114

1138 Angl.' *just now.*'

Quíd ego ineptus, dúm sermonem véreor interrúmpere,
Sólus sto nec, quód conatus sum ágere, ago? homines cónloquar.
Quís hic est, qui huc ad nós incedit?
Chármidem socerúm suum
Lýsiteles salútat.
Di dent tíbi, Lysiteles, quaé velis.
Nón ego sum salúte dignus?
'Immo salve, Cállicles. 1150
Húnc priorem æquómst me habere: túnica propior pálliost.
Deos volo consília vobis vóstra recte vórtere.
Fíliam meam tibi desponsam esse aúdio.
Nisi tú nevis.
'Immo haut nolo.
Spónden tu ergo tuam gnatam uxorém mihi?
Spóndeo et mille aúri Philippum dótis.
Dotem níl moror. 1155
Si ílla tibi placét, placenda dós quoquest quam dát tibi.
Póstremo, quod vís, non duces, nísi illut, quod non vís, feres.
Jús hic orat.
'Impetrabit te ádvocato atque árbitro.
'Istac lege fíliam tuam spónden mi uxorém dari?
Spóndeo.
Et ego spóndeo itidem.
Oh, sálvete adfinés mei. 1160
'Atque edepol sunt rés, quas propter tíbi tamen suscénsui.
Quíd ego feci?

1151. Græce proverbium est: ἔγγιον γόνυ κνήμης.
1156. *placenda*, i. e. placere debet.

Cha. Meum corrumpi quía perpessu's fil
Ly. Si íd mea voluntáte factumst, ést quod mihi su
seas.
* * * * *
Sét sine me hoc aps te ímpetrare, quód volo.
Cha. Quid id és
Ly. S
Sí quid stulte fécit, ut ea míssa facias ómnia.
Quíd quassas caput?
Cha. Cruciatur cór mi et metuo.
Ly. Nám quid
Cha. Quóm ille itast, ut eum ésse nolo, id crúcior:
tuo, sí tibi
Dénegem quod me óras, ne me léviorem erg
putes.
Nón gravabor: fáciam ita ut vis.
Ly. Próbus es: eo, ut illum évo
Cha. Míserumst male promérita, ut merita sínt, si ul
nón licet.
Ly. 'Aperite hoc, aperíte propere et Lésbonicum
domist,
'Evocate: ita súbitumst, propere quód eum
ventúm volo.

LESBONICUS. LYSITELES. CHARMIDES. CALLICLE

Les. Quís homo tam tumúltuoso sónitu me exc
foras?
Ly. Bénevolens tuus átque amicust.
Les. Sátine salve? díc m
Ly. Récte: tuum patrém redisse sálvom peregre g
deo.
Les. Quís id ait?
Ly. Ego.
Les. Tún vidisti?

Et túte item videás licet.
'O pater, patér mi, salve.
Sálve multum, gnáte mi.
. Sí quid tibi, patér, laboris
Níhil evenit, né time:
Béne re gesta sálvos redeo: sí tu modo frugi ésse vis,
Haéc tibi pactast Cálliclai fília.
Ego ducám, pater, 1180
'Et eam et si quam aliám jubebis.
Quánquam tibi suscénsui,
Míseria una uní quidem hominist ádfatim.
Immo huíc parumst:
Nám si pro peccátis centum dúcat uxorés, parumst.
'At jam posthac témperabo.
Dícis, si faciés modo.
. Númquid causæst, quín uxorem crás domum ducam?
'Optumumst. 1185
Tu in perendinúm paratus sís ut ducas.

CANTOR.

Plaúdite.

FINIS.

Educational Books

Published by

John W. Parker and Son, West Strand.

Complete Latin Grammar for Learners. By J. W. Donaldson, D.D., Head Master of Bury School. *3s. 6d.*

Latinæ Grammaticæ Rudimenta; Abridged from Dr. Donaldson's Latin Grammar, with additional elucidations for first beginners. *1s. 6d.*

Exercises adapted to Dr. Donaldson's Latin Grammar. *2s. 6d.*

Latin Grammar for Ladies. By R. W. Browne, M.A., Professor of Classical Literature in King's College. *1s. 6d.*

Latin Exercises for the Junior Classes of King's College School; by the Rev. Dr. Major, Head Master. *2s. 6d.*

Latin Exercises for Middle Forms in Schools. By the Rev. J. Edwards, M.A. *4s.*

Latin Selections: Cornelius Nepos, Phædrus, and Ovid's Metamorphoses: with Historical and Geographical Outlines, Vocabulary, Exercises in Scanning, &c. By T. S. Carr, Master in King's College School. Sixth Edition, with Appendix. *3s. 6d.* Appendix separately, *6d.*

Rules and Exercises in the use of the Latin Subjunctive Mode; by the Rev. J. Crocker, M.A. *4s.*

Longer Exercises in Latin Prose Composition; chiefly Translated from the writings of modern Latinists. With a Commentary on the Exercises, and Introductory Remarks on the best mode of forming a simple and correct Latin style. By Dr. Donaldson, Octavo. *6s. 6d.*

Progressive Exercises in Latin Lyrics. By the Rev. J. Edwards. *3s.*

Key to the Exercises in Latin Lyrics. *2s. 6d.*

Educational Books published by

Progressive Exercises in Latin Elegiacs and Her
By the Rev. J. EDWARDS. 3*s.*

The Catiline, and the Jugurtha of Sallust;
Anthon's Notes. Edited by the same. 2*s.* 6*d.* each.

Select Orations of Cicero, with English Notes. 2*s.*

Select Epistles of Cicero and Pliny. With Eng
Notes. By the Rev. J. EDWARDS. Cheaper Edition. 2*s.*

Æneid of Virgil, with the English Notes of P
FESSOR ANTHON. Edited by J. R. MAJOR, D.D., F
Master of King's College School. Cheaper Edition. 5*s.*

Excerpta ex Taciti Annalibus. Edited by Profes
PILLANS, of Edinburgh. 2*s.* 6*d.*

C. Cornelii Taciti Opera ad Codices Antiquissim
Commentario Critico. Edidit FRANCISCUS RITTER, P
fessor Bonnensis. Four Volumes, Octavo. 28*s.*

This Edition contains a complete collation of all the older and only i
portant MSS., a Commentary, explaining all the difficult passages, a li
of Tacitus, a criticism of his writings, Indices to the Text, and Notes.

Aulularia of Plautus. With Notes by JAME
HILDYARD, B.D., Fellow of Christ's College, Cambridg
7*s.* 6*d.*

Menœchmei of Plautus. With Notes by the same
7*s.* 6*d.*

Propertius; with English Notes, Preface on th
State of Latin Scholarship, and copious Indices, by F. A
PALEY, Editor of 'Æschylus.' Octavo. 10*s.* 6*d.*

Græcæ Grammaticæ Rudimenta. Constructioni
Græcæ Præcepta; editio altera, cui præfixa est legitim
declinandi conjugandique ratio. 2*s.* 6*d.* Also

Complete Greek Grammar for Learners. By JOH
W. DONALDSON, D.D., Head Master of Bury School. 4*s.* 6*d*

First Greek Reader, from the German of Jacobs;
with English Notes, by Rev. J. EDWARDS, M.A. Cheape
Edition. 4*s.*

Excerpta ex Luciano. Edited by W. B. SMITH, M.A.,
Head Master of the Freeman's Orphan School. 2*s.* 6*d.*

Cambridge Greek and English Testament, in parallel columns. Edited for the Syndics of the Cambridge University Press, by J. SCHOLEFIELD, M.A. Third Edition. 7*s.* 6*d.*

Cambridge Greek Testament. Strongly bound. 3*s.* 6*d.*

The Greek Text of the Acts of the Apostles; with English Notes. By H. ROBINSON, D.D. 8*s.*

Commentary on the Book of the Acts of the Apostles. By W. G. HUMPHRY, B.D., Examining Chaplain to the Lord Bishop of London. 7*s.*

Pearson's Lectures on the Acts of the Apostles; and Annals of St. Paul. Edited in English, with a few Notes. By J. R. CROWFOOT, B.D., Lecturer on Divinity in King's College, Cambridge. 4*s.*

Excerpta ex Herodoto; with English Notes, by DR. MAJOR. 4*s.* 6*d.*

Excerpta ex Xenophontis Cyropædia; with a Vocabulary, and Notes, by the same. 3*s.* 6*d.*

Excerpta ex Arriano. Selections from Arrian's 'Anabasis.' By DR. DONALDSON. 2*s.* 6*d.*

Xenophon's Anabasis of Cyrus, I. and II. With English Notes and Biographical Sketch, by DR. HICKIE, Head Master of Hawkeshead School. 3*s.* 6*d.*

Homer's Iliad, I. to III.; with the Notes and Homeric Glossary of Anthon, Edited by DR. MAJOR. Cheaper Edition. 4*s.* 6*d.*

Greek Verses of Shrewsbury School; with Account of the Iambic Metre, and Exercises in Greek Tragic Senarii. Edited by B. H. KENNEDY, D.D., Head Master. 8*s.*

Sophoclis Philoctetes; with English Notes. By W. HAIG BROWN, M.A., Fellow of Pembroke College, Cambridge. 2*s.*

Sophoclis Œdipus Tyrannus, with English Notes. By W. HAIG BROWN, M.A. 2*s.* 6*d.*

Plutarch's Lives of Solon, Pericles, and Philopœmen. 2*s.*

Select Private Orations of Demosthenes, with English Notes; by the Rev. C. T. PENROSE, M.A. Cheaper Edition. 4*s.*

Frogs of Aristophanes, with English Notes; by Rev. H. P. COOKESLEY. 7*s.*

Educational Books.

The Comedies of Aristophanes; an Expurgated Edition for Schools, revised by the Rev. HUBERT A. HOLDEN, M.A., Fellow of Trinity College, Cambridge, and Vice Principal of Cheltenham College.

No. 1 *Acharnians*	No. 7 *Thesmophoriazusæ*
... 2 *Knights*	... 8 *Frogs*
... 3 *Clouds*	... 9 *Ecclesiazusæ*
... 4 *Wasps*	... 10 *Plutus*
... 5 *Peace*	... 11 *Selections from the Lysistrata*
... 6 *Birds*	

One Shilling each.

The *Notulæ Criticæ* and *Onomasticon.* 4*s.*

The whole complete in One Volume, 8vo. 15*s.* boards.

Pindar's Epinician Odes, with copious Notes and Indices. By J. W. DONALDSON, D.D., Head Master of Bury School. Octavo, 16*s.*

The Alcestis of Euripides; with Notes, by JOHN HENRY MONK, D.D., Lord Bishop of Gloucester and Bristol. Cheaper Edition. Octavo. 4*s.* 6*d.*

Dissertations on the Eumenides of Æschylus, translated from the German of C. O. MÜLLER. Cheaper Edition. 6*s.* 6*d.*

Homeric Ballads: the Greek Text, with a Metrical Translation and Notes, by the late DR. MAGINN. 6*s.*

The Antigone of Sophocles. The Text, with English Translation and Notes. By DR. DONALDSON. Octavo. 9*s.*

Agamemnon of Æschylus, the Text, with Translations into English Verse, and Notes; by JOHN CONINGTON, M.A., Fellow of University College, Oxford. 7*s.* 6*d.*

Æschylus translated into English Verse; with Notes, Life of Æschylus, and Discourse on Greek Tragedy. By J. S. BLACKIE, Professor of Greek, Edinburgh. Two Volumes, 16*s.*

Phædrus, Lysis, and Protagoras of Plato, literally translated; by J. WRIGHT, M.A., Head Master of Sutton Coldfield Grammar School. 4*s.* 6*d.*

Arundines Cami sive Musarum Cantabrigiensium Lusus Canori, Collegit atque edidit HENRICUS DRURY, M.A. Fourth Edition. 12*s.*

Classical Examination Papers of King's College, London. By R. W. BROWNE, M.A., Professor of Classical Literature in King's College. 6*s.*

London: John W. Parker and Son, West Strand.

CLASSICAL TEXTS.

CAREFULLY EDITED, FROM THE BEST EDITIONS.




Lp 26.479
Trinummus.
Widener Library
006528210
3 2044 085 220 028